f. 4.

# Chronica Domus Capellae Beatissimae semper Virginis Mariae Ordinis Cartusiensis, Dioecesis Cameracensis, iuxta Angiam, in Herne.

---

## PRAEFATIO.

Cum sit mortalis vita hominis, brevis ac fragilis, memoria quoque labilis, necesse est ut ea quae ad futurorum perpetuam debent pervenire notitiam, scriptis mandentur, nam vox audita perit, sed littera scripta manet. Notificare namque posteris et scriptis insinuare illa quae interdum contingunt, sub praesidente aliquo tempore sui regiminis, non solum utile posteris, verum plurimum necessarium a multis arbitratur : cum experientia sit rerum magistra. Sic ergo non ex iactantia vel intuitu alicuius vanae gloriae, sed pro augmento honoris divini et utilitate posterorum, aliqua hic subiungentur de exordio, primordiis et incremento huius domus Capellae Beatae semper Virginis Mariae, quae diligenti facta inquisitione inveniri potuerunt ; scilicet a quo fundata, a quibus benefactoribus dotata et locupletata fuerit et quomodo ad nostra usque tempora, bonis semper et temporalibus et spiritualibus crescendo, perseveret (1).

(1) Ce prologue solennel se retrouve, mais abrégé, en tête d'un gros recueil de la chartreuse de Cornillon à Liége : « Cum sit mortalis vita hominum brevis ac fragilis, memoria quoque labilis, necessarium est ut ea quae ad futurorum perpetuam cupimus pervenire notitiam scriptis stabiliantur. Ut igitur agnoscant Christifideles praesentes et futuri ex qua occasione et qualiter haec domus scilicet Montis Omnium Apostolorum propre Leodium... » Archives de l'État à Liége, *Obituaire de la chartreuse de Cornillon*, f. 1.

f. 4v. Ut igitur cognoscant Christifideles, et praecipue fratres huius domus praesentes et futuri, qualiter domus haec initium ortum et incrementum acceperit, scire debent quod nobilis, potens et magnificus dominus Walterus, dominus terrae angiensis, qui tenuit dominium eius anno M°CCC° (1), pro augmento honoris et cultus divini, pro remedio animae suae et antecessorum necnon et posterorum suorum, intendebat in hoc loco circa capellam beatae semper Virginis Mariae conventum religiosorum Deo iugiter famulantium instituere. Unde anno M°CCC°VII° obtinuit licentiam ad hoc faciendum ab abbate Sancti Autberti et conventus eius, sicut in libris de hoc factis patet (2), quia ius patronatus dictae capellae ad eundem abbatem pertinet, qui abbas et conventus eius ei devote assensi sunt, salvo eis pleno iure patronatus sui (3).

Fertur vero praedictus dominus Walterus odorem bonae opinionis Carthusiensis ordinis hausisse, et ibidem conventum illius ordinis voluisse advocare. Verum, morte praeventus anno M°CCC° IX° antequam bonum propositum suum perduceret ad effectum, in propria illud non adimplevit persona (4).

Ante mortem suam commisit executoribus testamenti sui ut omnia iuxta suam voluntatem adimplerent. Donavit etiam, legavit et assignavit pro dictis religiosis venturis ad sustentationem eorum XV bonaria terrae et XX libras alborum quas dicta Capella antea possidebat ; insuper adhuc C libras usuales ; et ad istas C libras dedit redditus de Evioel et de Gages. Item

(1) Est-ce en rapportant à cette date l'intention de Walter II que certains annalistes chartreux fixent à 1300 la fondation de la maison d'Hérinnes ? Tromby, *Storia critico-cronologica diplomatica del Patriarca S. Brunone e del suo ordine cartusiano*, t. VI, p. 74-75.

(2) *Cart. I*, f. 15 : Jean, abbé de Cambrai (Jean III de Condé ou Jean IV d'Avesnes), donne son consentement à la fondation d'un monastère, Cambrai, le 1 août 1307. Le chroniqueur reprend les termes de l'acte. Cfr appendice I, n. 4, p. 169.

(3) *Cart. I*, f. 8-9 : deux actes de 1308 (n. st.) déterminent la part que doivent avoir dans les oblations faites à la chapelle et à ses autels l'abbaye de Saint-Aubert, le curé de Hérinnes et le futur couvent. Cfr appendice I, n. 5-6, p. 169-172.

(4) Beeltsens se trompe : ce n'est pas Walter II qui a choisi les chartreux, mais bien ses exécuteurs testamentaires, auxquels il avait laissé toute latitude sur ce point. Les trois actes cités de 1307 ne parlent que d'une « maison de religion », sans préciser l'ordre. La lettre de la mère de Walter II, Marie de Rethel, et de Gérard de Sottegem à l'évêque Pierre de Cambrai, est plus explicite encore : *Cart. II*, f. 151-152 ; cfr append. I, n. 7, p. 172. Rappelons que Beeltsens n'a pa connu le second volume du cartulaire.

f. 5 vivarium et molendinum / de Schibbeke — *scilicet plus minus 3am partem* (a). — Nil plus fertur domus haec habuisse pro fundatione et sic valde pauper fuit in initio (1).

Igitur executores testamenti dicti domini Walteri primi fundatoris nostrae domus, qui fuerunt dominus Gerardus dominus de Sottegem castellanus de Gandavo, dominus Arnoldus de Angia dominus de (b) (2), dominus abbas de Camberone et dominus curatus de Angia, una cum matre et uxore dicti domini Walteri, vocaverunt huc et fecerunt venire fratres ordinis carthusiensis anno M°CCC°XIIII°, et dominus Walterus iunior dominus terrae angiensis filius praedicti Walteri ratificavit et confirmavit omnia praedicta eodem tempore et anno quo supra (3).

Anno M°CCC°XV°, abbas Sancti Autberti et conventus eius petierunt a domino episcopo cameracensi Petro ut conventus ordinis nostri, qui iam huc advenerat, pacifice hic posset residere et habitare perpetuo et idem episcopus auctoritate sua episcopali hoc confirmavit eodem anno (4).

Anno M°CCC°XIIII° idem episcopus Petrus auctoritate sua episcopali concessit patribus nostris ut possint divina officia et missas celebrare quamdiu illis placeret (5).

(a) Trois mots ajoutés postérieurement ; *plus minus*, exprimé d'un signe.
(b) Blanc dans le ms.

(1) Voir le détail dans la charte de fondation, *Cart.* I, f. 1-2 ; cfr p. 173-177. — *L'histoire de la terre, pairie et seigneurie d'Enghien d'après un manuscrit du duc Charles-Marie-Raymond d'Arenberg*, publiée par E. LALOIRE *(La Seigneurie d'Enghien. Documents et notices.* Enghien, 1923), attribue à tort la fondation à Siger II au lieu de Walter II : «Sohier ordonna par son testament la fondation d'un monastère au village de Hérinnes. Il fit son exécuteur testamentaire l'abbé de Cambron lui laissant la liberté de choisir les religieux de tel ordre et institut qu'il jugerait à propos. Il (l'abbé) fit venir des chartreux de Valenciennes pour cet établissement qui fut richement fondé. » (p. 8) — La même erreur se lit dans P. COLINS, *Histoire des choses les plus mémorables advenües depuis l'an onze cent XXX jusques à notre siècle, digérées selon le temps et l'ordre qu'ont dominé les seigneurs d'Enghien*, Mons, 1634, p. 69-70.

(2) Le cartulaire porte : Prayaus. C'est Arnould d'Enghien, seigneur de Blaton et de Préaux, oncle de Walter II, ou plus probablement le fils de ce seigneur, le cousin de Walter II, portant les mêmes noms et titres.

(3) *Cart. I*, f. 1-2 ; cfr p. 173-177. Cette pièce importante est reproduite en vidimus de l'abbé Bauduin de Cambron : *Cart. I*, f. 12-13r. D'après ce document, les exécuteurs testamentaires sont Marie de Rethel, mère de Walter II, Jean abbé de Cambron, Gérard sire de Sottegem, Arnould d'Enghien sire de Préaux et Willaumes prêtre et curé de la ville d'Enghien. Nulle mention d'Yolande de Béthune, veuve du fondateur.

(4) *Cart. I*, f. 15-15v ; cfr append. I, n. 11 et 12, p. 178-179.

(5) *Cart. I*, f. 15 ; cfr append. I, n. 9, p. 177.

Anno domini M°CCC°XVI° idem episcopus concessit patribus nostris perpetuam licentiam hic manendi cum omnibus iuribus eis collatis et conferendis a Christifidelibus, divina celebrandi, aedificia construendi, ac fideles in nostro cymeterio sepeliendi, quod cymeterium nos habere permisit, salvo tamen iure parochialis ecclesiae (1). De his omnibus habentur in hac domo litterae signatae ac copiae.

f. 5v. Locus istius Capellae olim vulgariter Dierikxhoven, id est curia Theodorici, vocabatur. Unde consuetudo olim fuit quando aliquis suspendebatur vel decollabatur circa iustitiam (a) angiensem, quae stat fere in media via inter Angiam et hunc locum, dicebatur ibidem occidendis ut flecterent genua versus locum B. Mariae de Dierickxhoven et salutarent Beatam Virginem Mariam.

Item hoc est antiquissimum quod narratur de loco isto quod circa portam nostram quae stat versus silvam nostram, solebat habitare quidam reclusus qui vocabatur Dierick, id est Theodoricus, et forte ab eo nomen locus iste accepit ut vocaretur Dierickxhoven. Qui scilicet Theodoricus, homo valde sanctus, solebat videre luminaria noctibus circa locum ubi nunc ecclesia Nostrae Dominae et nostra est fabricata ; unde hoc praedixit fore signum vel hoc fuit indicium quod in posterum divinae laudes ibidem devote essent celebrandae. Iste etiam reclusus fertur hic fuisse sepultus (2).

Postea feruntur hic habitasse fratres ordinis Praedicatorum, sed ab hoc loco remoti sunt sive exclusi per dominum terrae angiensis, quia forsan eorum conversatio ei non placebat, vel alia de causa quae nos latet.

f. 6. Anno Domini M°CC°XII° et XV° fuit dominus terrae angiensis dominus Ingelbertus ; eius primogenitus vocabatur Sigerus. Contulit ergo dictus dominus Ingelbertus circa idem tempus reditus pro lampade arsura iugiter ante imaginem Beatae Virginis Mariae, scilicet 4 bonaria terrae et dictus Sigerus primogenitus eius confirmavit (3).

(a) Ms : iustiam.

(1) *Cart. I*, f. 15 ; cfr p. 177-178.

(2) On peut comparer la réserve avec laquelle le chroniqueur rapporte ces données traditionnelles aux amplifications élégantes des compilateurs plus récents: Raissius, *Origines cartusiarum Belgii*, p. 20 ; Tromby, *Storia critico-cronologica diplomatica*, t. VI, p. 74 ; etc.

(3) Cfr p. 1. Ces deux actes se trouvent : *Cart. I*, f. 15v et 16 ; cfr p. 167-168.

Anno Domini M°CC°XXVIII°, archiepiscopus Mitelenensis, auctoritate domini Godefridi tunc episcopi cameracensis, dedicavit ecclesiam Capellae Beatae Virginis Mariae in Herinnis : scilicet antiquam partem ecclesiae quae vergit ad occidentem et coniungitur ecclesiae nostrae novae quae vergit ad orientem (1). Capella vero sive chorus ubi nunc imago Beatae Virginis Mariae veneratur facta est diu postea, scilicet tempore prioratus domini Montegys, circa annum Domini M^m^CCCC^m^XXXIII^m^.

Qualiter autem ortum habuerit quod Beata Virgo hic coeperit venerari, nobis liquide non constat, nisi forte quod supra dictum est de recluso. Solebant hic etiam fieri multa miracula, quorum quaedam hic feruntur conscripta.

Sciendum vero est quod hic ad Beatam Virginem solebat fieri maximus concursus populorum sive peregrinatio et magna summa pecuniae de oblationibus colligebatur, unde creditur facta ecclesia et redditus empti supra expressi (2).

Erat quaedam hic etiam annua processio in qua imago Beatae
6v. Virginis circumferebatur. Dicitur quod in quodam / die processionis eiusdem fuerit circa ecclesiam nostram factum homicidium, circa annum Domini M.CCCC.XXXVI. Dominus Gerardus Naghel de Delft, tunc prior huius domus, impetravit a domino Ludovico comite Sancti Pauli et domino terrae angiensis ut ipsa processio cessaret, quod sic factum est, quamvis de hoc multi, praecipue iuvenes, multum dolerent. Solebant etiam prior et procurator huius domus personaliter incedere in ipsa processione. Dies vero processionis erat prima dominica post festum SS^rum^ Iacobi et Christophori.

Le premier se retrouve en vidimus de l'abbé Jean de Cambron : *Cart. II*, f. 120. Il a été publié : *Bulletin de la Comm. royale d'histoire*, 4^e^ série, t. VIII, 1880, p. 150.

(1) *Cart. I*, f. 16 ; cfr p. 168. — Cet acte a été publié par Dom U. Berlière, *Évêques auxiliaires de Cambrai aux XIII^e^-XIV^e^ siècles*, dans la *Revue bénédictine*, t. XX, 1903, p. 15-16. Jean, moine cistercien et archevêque de Mytilène, est un personnage peu connu ; D. Berlière, qui cite de lui plusieurs actes dans le diocèse de Cambrai, proposait de l'identifier avec Jean de Huy ; identification contestée par Dom A. Fruytier, *Ricerce e notizie intorno a Giovanni cisterciense, arcivescovo di Mitilene*, dans *Rivista di storia benedettina*, t. VI, 1911, p. 221-235.

(2) Sur ces oblations, voir l'intéressant document : *Cart. I*, f. 8-8^v^, reproduit p. 169-171 ; Jean abbé de Saint-Aubert fait l'énumération des oblations dont l'abbaye de Saint-Aubert avait les deux tiers et le curé d'Hérinnes l'autre tiers ; ils y renoncent moyennant le versement à Pâques fleuries de dix livres à l'abbaye et de cinq au curé.

Expletis iam aliquibus de fundatione et fundatoribus huius domus hinc inde collectis, sequuntur nunc nomina priorum, religiosorum, conversorum et donatorum, qui hic ab initio, anno scilicet M°CCC°XIIII° fuerunt. Sed quia haec chronica collecta fuit fere C et L annis post initium huius domus et pauca scripta fuerunt, omnia ad liquidum sciri non potuerunt, sed quoad priores, quamvis ordinem temporum quando scilicet et quamdiu hanc domum rexerint de omnibus comprehendi non potuit, de multis tamen habetur certitudo, de quibus postea in speciali dicetur (1).

### CATHALOGUS PRIORUM (2)

D. Robertus primus prior huius domus.

D. Ioannes Meldert, monachus et prior huius domus.

D. Ioannes Adam quondam prior huius domus.

D. Ioannes Bochoute olim monachus et prior huius domus.

f. 7. D. Salomon, quondam prior huius domus (3).

D. Engelramus, quondam monachus et prior huius domus (4).

D. Simon quondam prior huius domus.

D. Ioannes de Hontschote quondam prior huius domus.

D. Ioannes de Maldeghem monachus et prior huius domus (5).

D. Petrus de Prucia quondam prior huius domus.

D. Petrus Naghel quondam monachus et prior huius domus.

D. Iacobus de Liedekerke quondam prior huius domus.

D. Ioannes Hoste quondam prior huius domus (6).

D. Lambertus quondam prior huius domus.

D. Albertus Loze quondam prior huius domus.

D. Bartholomeus Clanterii quondam monachus et prior huius domus.

D. Henricus Nullen quondam prior huius domus.

(1) Sur la portée de cet aveu de Beeltsens, cfr introduction.

(2) Nous n'annotons ici que les noms qui ne se retrouvent plus dans la suite de la chronique ; on trouvera les autres à la table alphabétique. Nous donnons à l'appendice II, p. 182-192, le texte d'une autre liste des prieurs d'Hérinnes : *Catalogus chronologicus domnorum Priorum Celeberrimae Cartusiae Capellae...* (Bruxelles, Arch. gén. du royaume, arch. ecclés., n. 14206).

(3) « Salomon hic numeratur prior, cuius obitus in kalendario ad 20 februarii. » PÉDÉ, p. 20.

(4) Omis par Pédé et le *Catal. chron. Priorum*.

(5) Compté à tort parmi les prieurs selon PÉDÉ, p. 2 ; cfr p. 24, note. (2)

(6) Jean Heyste selon PÉDÉ, p. 3, et *Nécr. A*, 7 janvier.

D. Henricus quondam prior huius domus.

D. Ioannes de Attrebato quondam prior huius domus.

D. Ioannes de Montegys quondam prior huius domus.

D. Gerardus Naghel quondam monachus et prior huius domus.

D. Laurentius de Aelst quondam monachus vicarius et prior huius domus (1).

D. Henricus de Loe quondam monachus prior et vicarius huius domus.

D. Arnoldus Kaerman monachus et prior huius domus.

D. Iacobus de Bursalia quondam monachus vicarius et prior huius domus.

D. Gaspar Van der Stoct quondam monachus et prior huius domus (2).

D. Ioannes Etterbeke monachus prior et quondam procurator huius domus.

D. Carolus (a) de Gandavo, monachus vicarius et prior huius domus (3).

D. Iudocus Herbos aschanus, duobus annis, obiit in domo Bruxellarum.

D. Sebastianus Petri amsterodamensis.

D. Ioannes Ascaneus, duobus praefuit annis.

f. 7v. D. Martinus ab Angia quondam prior huius domus (4).

D. Arnoldus a Tilia bruxellensis, praefuit 6 mensibus.

D. Nicolaus a Marca, duobus annis et tribus mensibus (5).

D. Livinus gandavensis praefuit octo annis (6).

D. Ioannes Baert, professus domus Gandavi, rector per novem menses.

D. Andreas Loodt hulstensis, professus Lovanii, prior tribus annis et hinc missus prior domus monachorum in Gelria (7).

D. Nicolaus Huardus professus huius domus, electus et confirmatus a visitatoribus circiter XX[a] iunii anno 1570, qui circiter decem annis functus fuerat officio procuratoris in hac domo.

(a) Ms : Ioannes, corrigé par le copiste même en : Carolus.

(1) Laurent Muschezeele d'Alost.

(2) Beeltsens mourut en 1490 ; les notices suivantes sont des additions à son catalogue.

(3) Charles Serraes.

(4) Martin De Beir, d'Enghien.

(5) Nicolas Le Cauchie, de Marck.

(6) Liévin Van der Haeghen, de Gand.

(7) Chartreuse dite de Monnikhuizen (Domus Monachorum), près d'Arnhem.

Fuit autem prior septem annis et hinc missus est prior Siriczee.

D. Iudocus Morus, *alias de Moor* (a), quondam in saeculo decanus Bergensis ad Sooman. Vir doctus et senex qui tempore institutionis fuerat tribus annis professus, qui postquam triennio praefuisset, missus est Leodium prior, ubi praefuit circiter XVIII mensibus et obiit subitanea morte (1).

D. Lambertus Retsselaer huius domus professus qui tunc vicarium agebat in domo Ruscii (2). Hic fuit per capitulum generale institutus prior huius domus, sed non resedit quia obiit antequam charta capituli reciperetur.

D. Adrianus Dorpius huius domus professus. Hic habitave-
f. 8. rat aliquot annis in domo monachorum et illinc / migrans ob tumultus belgicos procuratorem agebat in domo Erffordiae. Hic a visitatoribus vocatus fuit in rectorem huius domus sesquianno et postea a capitulo confirmatus fuit.

Anno Domini 1609, in novembri, absolvitur a prioratu huius domus dominus Adrianus Dorpius et ei subrogatur sub titulo rectoris dominus Robertus de Bel, professus huius domus, oriundus ex walo Brabantio confirmaturque per cartam capituli anni sequentis in priorem, quo munere functus est usque ad annum 1614.

Domino Roberto de Bel absoluto successit dominus Hieronymus Wyts, professus domus Audomarensis, qui cum praefuisset domui annos duos et menses tres migravit ex hac vita in festo Exaltationis sanctae Crucis anno 1616.

Tunc electus fuit a conventu in priorem dominus Melchior Charles, professus domus Lovanii, procurator domus monialium Brugis. Sed cum is humeros oneri subdere detrectaret, conventuales concessa iterum ipsis electione anno 1617, vota sua contulerunt in dominum Michaelem Ienseman lovaniensem, professum eiusdem domus lovaniensis, qui praefecturam domus huius tenuit usque ad annum 1621, quo absolutus una cum procuratore suo et comprofesso domino Petro Lamberti, electus fuit a

(a) Trois mots ajoutés postérieurement entre les lignes.

(1) « Iudocus Morus professus et prior domus Capellae per capitulum absolutus a praedicto prioratu instituitur Leodii anno 1580, senex, cum olim fuisset in saeculo decanus Berghae super Zomam. Obiit 21 decembris 1581 Leodii eundo ad convivium. » *Catal. priorum cartusiae leodiensis*, dans l'*Obituaire de la chartreuse de Cornillon*, f. 63v. (arch. de l'État à Liége).

(2) Chartreuse de Reinschaw, en Allemagne.

conventu in domini Michaelis locum dominus Franciscus Schot
f. 8v. patricius bruxellensis / itidem professus domus Lovanii (1); is praefuit usque ad annum 1625, quo missus fuit per cartam ad regimen domus Lyrae et hic per cartam substitutus est in eius locum dominus Petrus Daems antwerpiensis, professus dictae domus Lyrae, qui cum gubernasset domum hanc usque ad annum 1629, facta est per cartam mutatio prioratuum inter ipsum et dominum Laurentium Sherians middelburgensem, professum domus Lovanii, priorem domus diesthensis, qui tunc administrationem domus huius suscipiens magna cum laude eam exercuit. Sub eius regimine omnis ferme preciosa suppellex argentea, necnon altariorum ornamenta comparata sunt ecclesiae nostrae.

Anno 1642 iussus est dominus Laurentius Sherians per chartam capituli praeesse domui gandavensi, eique hic subrogatus fuit dominus Adrianus Buyckx, professus huius domus, tunc prior dictae domus gandavensis. Is pie sapienterque moderatus huic familiae fuit usque dum anno 1654, 30° octobris, diem clausit supremum, *vir sanctae vitae et aeterna dignus memoria*. Sub domino Adriano Buyckx facta fuit testudo utriusque chori monachorum et laicorum qualis modo est ; insuper summum altare de ligno marmorisato et partim deaurato. Testudo quoque *ecclesiae et* minoris claustri, domus quam lactis vel *melkhuis* vocant ; nova stabula equorum, vaccarum porcorumque, *ac cellae multae uti cellae litterarum C. D. E. G. I. K.* (a).

In locum dicti domini Adriani demortui, electus fuit 6 novembris 1654 dominus Petrus Antonius Pecquius, patricius bruxel-
f. 9. lensis, professus huius domus et ideo / dimittere coactus prioratum quo tunc fungebatur domus diesthensis ; sub quo sunt facta duo altaria in choro laicorum, sanctae Annae scilicet et sancti Patris Brunonis, insuper et odeum uti nunc cernitur ; altare etiam deauratum quod summum esse solebat curavit poni in cappella B. Virginis Mariae. Is cum praefuisset usque ad mensem martium anni 1658 missus fuit a Reverendo Patre ex hac domo ad cartusiam valencenensem gubernandam, sub titulo convisitatoris provinciae Picardiae, et simul ad gerendam curam

(a) Les passages en italique sont d'une autre main.

(1) « Professus etiam optimae his temporibus famae domus lovaniensis. » *Catal. chronol. priorum*, f. 6 ; cfr p. 188.

novae plantationis duacensis, etc. Obiit P. Pecquius prior domus Lyrae 19 decembris 1679, visitator huius provinciae (a).

In huius vero domus regimine, subrogatus ei fuit 7ª aprilis per eligentium vota dominus Balthasar de Wolf teneramundanus, professus domus huius et procurator eiusdem ab annis ferme 26 (b), qui praefuit usque ad annum 1669 et obiit 12 aprilis obiitque septuagenarius. Tempore regiminis eiusdem constructum est magnum aedificium anterius, scilicet secunda porta domus cum tota structura, camerae hospitum et fratrum donatorum, culina cum ceteris adhaerentibus et tota aedificii moles aedificata fuit anno 1663, incepta 6ª martii huius anni.

In huius adeo seduli defuncti regimine per viam electionis successit dominus Henricus Petit angiensis et huius domus professus, qui praefuit a mense mai 1669 usque ad annum et mensem maii 1677 ; tunc per cartam capituli missus Brugas, ut fun-
f. 9v. geretur officio vicarii in / domo monialium nostrarum et per idem capitulum generale institutus fuit hic prior dominus Melchior Pletincx herinensis, eo tempore exercens officium vicarii monialium Brugis, ex procuratore domus Capellae suae professionis, quo officio functus est magno labore sub VV. Patribus Wolf et Petit ab anno 1658 ad annum 1676 in ianuario, quando fuit missus Brugas pro functione muneris supradicti vicarii scilicet monialium quo functus est uno anno cum dimidio (c). Hic prior dominus Melchior Pletincx vita mortali defunctus est in fine anni 1690, qui antea notabili tempore fuerat procurator in hac domo sub domino Balthazare de Wolf qui pariter operati sunt in exstructione maioris aedificii anterioris.

Post hunc electus fuit prior dominus Henricus Raeymackers in initio anni 1691, cum fuisset hic per medium annum vicarius scilicet tempore chartae capituli generalis. Iste stetit per duos annos cum dimidio, cui successit per ordinationem chartae Venerabilis Pater Franciscus Bodart, qui antea per plures annos existebat prior domus Sanctae Mariae Magdalenae Lovanii. Hic coepit hanc domum nonnihil restituere in temporalibus et spiritualibus, sed secundo anno instituitur convisitator provinciae et ad tertium generale capitulum ipse ascendens constituitur prior domus Lyrae suae professionis.

(a) La dernière phrase est d'une autre main.
(b) Nouvelle écriture jusqu'à la note suivante.
(c) Nouvelle écriture jusqu'à la note suivante.

Cui successit venerabilis Pater Willibrordus Buchenberghs qui per multos annos fuerat procurator domus sancti Ioannis Baptistae in Zeelem cum charta capituli generalis huc missus anno 1696 (a) et per capitulum generale anni 1599 domui lovaniensi missus in priorem.

f. 10. Huic successit venerandus Pater Iosephus Engelrave antwerpiensis, professus et coadiutor domus Bruxellarum, qui ex priore domus Sylvae Sancti Martini huic domui Capellae praefectus fuit per ordinationem capituli generalis anni 1699, qui quindecim et amplius annis, tam simplex prior convisitator quam visitator, cum summa omnium laude praefuit et profuit. Nam hanc domum plurimis expurgavit debitis, novam grangiam post veterem collapsam extrui ipse curavit, ambitum et cetera domus aedificia restauravit, domus proventus et reditus ampliavit, multos filios Deo et ordini in disciplina regulari educavit et post praedictum annorum terminum sub finem iulii anni 1714 in priorem domus Bruxellarum suae professionis electus fuit (b) (1).

f. 15. Hic sequuntur nomina monachorum et conversorum qui fuerunt hic defuncti ante annum Domini 1390 prout colligi potuerunt (2).

Dominus Theodoricus Buck professus primo huius domus et postea prior Silvae (3).

Dominus Bartholomaeus quondam monachus huius domus (4).

Dominus Conrardus monachus huius domus (5).

Dominus Gerardus de Sanctis monachus et procurator huius domus.

Dominus Egidius de Ketsele monachus huius domus (6).

Dominus Ioannes de Angia monachus huius domus (7).

(a) Nouvelle écriture jusqu'à la fin du catalogue.

(b) Les ff. suivants sont restés blancs jusqu'au f. 15.

(1) On trouvera la suite des prieurs d'Hérinnes jusqu'à la suppression du monastère à l'appendice II, *Catal. chronol. priorum*, p. 191-192.

(2) On remarquera que Beeltsens a dressé ses listes en dépouillant le nécrologe dont il suit l'ordre. Nous n'annotons ici que les noms qui ne se retrouvent pas dans la suite de la chronique : on cherchera les autres à la table alphabétique.

(3) « Postea prior domus Silvae Sancti Martini ; obiit 8 februarii 1370. » PÉDÉ, p. 6.

(4) *Nécr. A*, 20 février ; « obiit 19 februarii. » PÉDÉ, p. 6.

(5) *Nécr. A*, 1 mars.

(6) « D. Egidius de Lietsele vel Sietsele, monachus huius domus, qui obiit 18 martii. » PÉDÉ, p. 5 ; *Nécr. A*, 19 mars.

(7) Nom omis dans la copie de Mons. Pédé veut identifier ce moine avec

Dominus Ioannes de Maldeghem monachus huius domus.
Dominus Herigerus monachus huius domus (1).
Dominus Gisbertus de Massemene monachus domus huius (2).
Dominus Ioannes Schotre monachus domus huius (3).
Dominus Guilielmus Terwenschoof monachus domus huius (4).
Dominus Nicolaus redditus huius domus (5).
Dominus Ioannes Samuel monachus domus huius (6).
Dominus Ioannes Moens monachus domus huius (7).
Dominus Lucas monachus domus huius (8).
Dominus Ioannes de Aerhem monachus domus huius (9).
Dominus Iacobus de Gallo monachus domus huius (10).
Dominus Henricus de Wessalia monachus domus huius (11).
Dominus Egidius de Allodio monachus et vicarius domus huius (12).
Dominus Rumoldus monachus domus huius (13).
Dominus Guilielmus Ram monachus domus huius (14)
Dominus Ioannes Fabri monachus domus huius (15).
f. 15v. Dominus Iudocus monachus domus huius (16).
Dominus Nicolaus redditus huius domus (17).

Jean Helleman : « Ioannes Helleman, professus et procurator huius domus anno 1381 ad annum 1383 et forsan ultra. Obitus eius non est in calendario, verosimiliter oblitus scribi : nisi forte fuerit D. Ioannes de Angia quem habet calendarium 5 aprilis » (p. 5) ; mais il fait erreur : le nécrologe donne les deux noms, Ioannes de Angia au 5 avril, Ioannes Helman au 3 février.

(1) *Nécr. A*, 3 mai.
(2) Id. 29 mai.
(3) Id. 5 juin.
(4) Id. 22 juin.
(5) « Clericus redditus huius domus, obiit 24 novembris. » PÉDÉ, p. 6.
(6) *Nécr. A*, 28 juin.
(7) Id. 12 juillet.
(8) Id. 19 juillet.
(9) « Obiit 20 iulii anno 1424, licet chronicon Capellae dicat eum obiisse ante annum 1390, quia carta Capituli generalis anni 1425 hanc expresse habet inter defunctos. » PÉDÉ, p. 8. C'est exact : *Capitula generalia Cartusiae*, Bibl. royale ms. n. 3851, charte de 1425.
(10) « Qui anno 1373 hic monachus sacerdos vocatur, obiit 1 augusti. » PÉDÉ p. 5. — Cfr p. 31.
(11) *Nécr. A*, 15 septembre.
(12) « Vicarius in hac domo anno 1373, qui obiit 15 septembris. » PÉDÉ, p. 5. Cfr p. 31.
(13) *Nécr. A*, 24 septembre.
(14) Id. 27 septembre.
(15) Id. 4 octobre.
(16) Id. 24 octobre.
(17) Le même sans doute que quelques lignes plus haut ; Pédé n'en cite qu'un.

Dominus Ioannes Yperman monachus huius domus (1).
Dominus Nicolaus Deken de Angia monachus et procurator huius domus.
Dominus Adam Lupi monachus huius domus (2).
Dominus Theodoricus monachus huius domus (3).
Frater Ioannes de Teneramunda conversus huius domus (4).
Frater Odulphus conversus huius domus (5).
Frater Egidius conversus huius domus (6).
Frater Ioannes de Aldenardo conversus.
Frater Ioannes de Alosto conversus huius domus.
Frater Henricus Turgheert conversus novicius huius domus (7).

Anno Domini M°CCCXC° fuerunt in hac domo Capellae XVII personae albis vestibus indutae, scilicet istae (a) :

Dominus prior de Brugis, credo quod fuerit dominus Ioannes Hoste, monachus domus brugensis.

(a) Dessin grossièrement exécuté, représentant une tête de moine.

(1) « D. Ioannes Reperman. Calendarium habet Yperman,... qui obiit 24 novembris. » PÉDÉ, p. 6.

(2) « D. Adam Lupus qui defuncta uxore et relictis in saeculo filiabus suis hic monachus professus est. Anniversarium earum habetur in antiquo calendario 28 septembris. Obiit ille 29 novembris. » PÉDÉ, p. 6.

(3) *Nécr. A*, 25 décembre.

(4) « Frater Ioannes de Teneramunda, conversus professus huius domus, socius fratris praedicti (Jean d'Alost) in donatione illa 4 bonariorum et 150 virgatarum terrae in Nieuwkerke coram scabinis alostensibus et eius etiam socius in ingressu ordinis et professione ut est verosimile. Nomen illius in nostris litteris ulterius non invenio; credo quod forsan aliquod opus intra domum exercebat, ut coquinarii vel quid simile. Obiit teste calendario 22 martii, equidem ante 1390 ut chronicum indicat. » PÉDÉ, *Series conversorum*, p. 1-2.

(5) « Frater Odulphus, conversus professus huius domus, cuius nomen licet non detur in catalogo professorum chronici (sic), est tamen in calendariis nostris et in carta capituli generalis quam inveni in domo nostra leodiensi de anno 1410. Obiit ergo 20 maii 1409. » PÉDÉ, *Series conversorum*, p. 3. — Pédé ajoute le nom d'un autre convers non recensé par Beeltsens : « Frater Ohylecorp, conversus professus huius domus, cuius etiam nomen non habetur illo catalogo chronici anno 1390, nec in calendariis nostris, sed carta illa leodiensis aperte illum distinguit a supradicto Odulpho, dum in eadem carta utriusque obitum annuntiat, addens eiusdem domus professus. In litteris huius domus nostrae vocatur anno 1407 broeder Olf et erat hic vel alter. Obiit ergo circa annum 1410. » *ibid.* Notons que les copies des cartes du Chapitre général ne manquent pas d'erreurs et que, en outre, il peut y avoir confusion avec un troisième convers, le fr. Alard de Smet (cfr p. 52). — *Cart. II*, f. 69-69v : broeder Olf ; 95-97 (broeder Oil), 71-72 (broeder Alatop) ; ces trois actes sont de 1407.

(6) Gilles de Harebeek.

(7) *Nécr. A*, 16 août, mort pendant son noviciat.

Dominus Iacobus Naghel de Alst monachus et procurator domus huius.

Dominus Petrus Naghel frater praedicti Iacobi, monachus et alias prior huius domus.

Dominus Walterus monachus huius domus (1).

Dominus Ioannes de Veris monachus huius domus (2).

Dominus Egidius de Tollebeke monachus huius domus.

Dominus Daniel Croc de Gerardimonte monachus domus huius (3).

Dominus Ioannes Pau monachus domus hius (4).

f. 16. Dominus Bartholomaeus Clantier monachus domus huius.

Dominus Godefridus Fabri monachus domus huius (5).

Dominus Ludolphus monachus huius domus et postea domus Antwerpiae et prior (6).

Dominus Iacobus de Antwerpia.

Dominus Ghisbertus monachus domus huius (7).

Dominus Ioannes Koch (8).

Frater Ioannes conversus huius domus (9).

Frater Gerardus conversus huius domus (10).

Frater Ioannes de Delft, conversus huius domus (11).

Hic sequuntur nomina religiosorum qui non fuerunt hic anno

(1) *Nécr. A*, 30 septembre.

(2) « Ioannes Van de Vere alibi de Veris,... qui hic vivebat annis 1373, 1390 et 1395 et obiit 18 aprilis. » PÉDÉ, p. 7, cfr p. 31.

(3) « D. Daniel de Croeck gerardimontanus professus huius domus. Erat hic procurator anno 1395 et 1387. Obiit die 27 novembris. Ante illum, scilicet annis 1393 et 1394 erat unus D. Ioannes in hac domo procurator. Quis ille fuerit invenire non potuimus. » PÉDÉ, p. 8. — *Cart. II*, f. $58^v$-59 et $80^r$-81 (1395).

(4) *Nécr. A*, 23 décembre.

(5) « Qui prout alibi inveni obiit 13 aprilis 1423. » PÉDÉ, p. 10.

(6) « Ludolphus de Bomel, monachus professus huius domus, secundo domus Antwerpiae, in qua et prior fuit. Obiit 21 novembris 1422. » PÉDÉ, p. 8. — Un D. « Ludolf Feys, prior van den tsartroysen te Antwerpen », est nommé dans cinq actes du 9 juillet 1405, 2 juillet 1406 et du 1 mai 1408, *Cartul. de la chartr. d'Anvers*, f. 305-306 et 335-336 (Arch. de l'État à Anvers, chartr. d'Anvers, n. 14).

(7) Cité une seconde fois dans le tableau suivant.

(8) « Monachus huius domus ». PÉDÉ, p. 10.

(9) Jean de Bruxelles, cfr p. 41.

(10) « Frater Gerardus conversus professus huius domus qui in ea vivebat anno 1390 prout idem chronicon habet, sed non designat obitus eius annum sed diem scilicet 30 novembris, diem sancti Andreae apostoli. » PÉDÉ, *Series conversorum*, p. 2.

(11) « Annum vero obitus eius pariter ignoramus sed diem scimus, nempe 14 decembris. » PÉDÉ, *ibid*, p. 2.

MºCCCºXCº sed postea venerunt et sunt defuncti usque ad annum M.CCCC.LVI.

Dominus Ioannes Clutinc de Bruxella monachus domus huius.

Iacobus de Bruxella praebendarius huius domus (1).

Dominus Henricus de Traiecto monachus et vicarius huius domus.

Dominus Nicolaus de Gravesande monachus et sacrista huius domus.

Dominus Ioannes de Alta Cruce monachus huius domus et Sanctae Annae (2).

Dominus Henricus de Voorde monachus huius domus et Sanctae Annae.

Dominus Henricus de Bruxella monachus hic et alibi prior.

Dominus Theodoricus de Busco monachus domus.

Dominus Arnoldus Campenioen monachus domus huius et vicarius.

Dominus Ghisbertus de Lederdam, monachus, iste est idem qui supra.

Dominus Petrus Brassardi primo domus huius professus et secundo domus Valencenarum (3).

Dominus Ioannes Petrus de Delft monachus et vicarius hic.

f. 16v. Dominus Egidius de Bapalmis monachus et procurator domus huius.

Frater Raso miles de Flobeke conversus domus huius.

Frater Alardus conversus domus huius.

Frater Guilielmus Poelghaest clericus redditus domus huius.

Frater Ioannes Campenhout conversus huius domus.

Iste immediate praescripti sunt defuncti tempore praesidentiæ subscriptorum priorum, scilicet domini Ioannis de Attrebato, domini Ioannis Montegys, domini Gerardi Naghel, domini Laurentii et domini Henrici Loe, praeter fratrem Rasonem qui paulo ante obiit.

Hic sequuntur nomina religiosorum qui hic fuerunt defuncti

(1) *Nécr. A*, 17 juin : « Obitus Iacobi Anthonii praebendarii huius domus. » Il serait donc de la famille des Anthony ou Thonis ; cfr p. 35.

(2) Jean Haycruce.

(3) *Nécr. A*, 28 décembre.

ab anno 1456 a tempore prioratus domini Arnoldi Kaerman et deinceps (a).

Dominus Raso Wiel de Alst monachus domus huius.

Dominus Arnoldus Biels de Diest.

Dominus Gerardus de Breda monachus domus huius.

Dominus Alardus de Schoonhovia monachus domus huius.

Dominus Geralmus Querebbe de Lovanio monachus domus huius (1).

Dominus Guilielmus Absel de Breda monachus domus huius.

Dominus Cornelius de Pascua de Bruxellis monachus domus huius et filius magistri Rogerii pictoris egregii.

Dominus Iacobus Henter de Delft primo professus huius, postea domus Sanctae Annae.

f. 17. Dominus Ioannes Knibber de Angia monachus domus huius.

Dominus Arnoldus de Monte monachus domus huius.

Dominus Hugo Bloot de Delft monachus domus huius.

Dominus Ioannes Theodoreti de Delft, monachus domus huius.

Dominus Ioannes Balen monachus huius domus.

Dominus Nicolaus Tants de Lovanio monachus domus huius.

Dominus Laurentius vicarius noster de Alst (2).

Dominus Henricus de Loe quondam prior hic et vicarius et primus prior Bruxellae, monachus professus huius domus.

Dominus Arnoldus Kaerman monachus huius domus et prior circiter 26 annis.

Dominus Ioannes Blanck de Angia monachus huius domus.

Dominus Martinus de Pierpont monachus domus huius.

Dominus Ioannes Gillaert de Sancto Audomaro monachus domus huius et prior Ziriczee.

(a) Le titre est encadré de deux dessins sommairement tracés, arabesque et fleur.

(1) « D. Geralmus Quarebbe lovaniensis, monachus professus huius domus circa annum 1445 et anno 1447 factus sacerdos. Invenimus quod de Mosa venerit ad domum Leodii anno 1453, quodque priori leodiensi solverimus pro vestibus quas pro illo fieri fecerat, pro pellibus pelliceis, etc., 12 LL. 12 den., quodque anno 1455 missus inde fuerit ad domum Montis Dei cuius itineris expensae a nobis solutae fuerunt. In catalogo professorum huius domus anno 1456 scripto habetur nomen eius et quod obierit in Normandia circa annum 1469. Alia de eo hactenus non invenimus. » Pédé, p. 27-28. — Geralinus Karebe est parmi les promus licenciés ès-arts de l'université de Louvain, le 8 avril 1443. Reusens, *Promotions de la faculté des arts de l'université de Louvain*, dans les *Analectes pour servir à l'hist. eccl. de Belgique*, t. II, 1865, p. 230.

(2) Laurent Muschezeele.

Frater Henricus de Spina primo conversus huius domus, postea Vallis Sancti Petri.

Frater Egidius de Spina primo hic donatus, postea conversus domus Valencenarum.

Frater Godefridus de Ronse conversus huius domus circiter 60 annis.

Frater Ioannes portarius donatus antiquus huius domus.

Frater Ioannes Boy conversus huius domus.

Iudocus Boy frater praedicti Ioannis, familiaris.

Postquam nomina fratrum qui in hac domo habitaverunt sub brevitate expressimus (1), nunc restat ut a principio fundationis de ipsis et de aliis quae vel scripto vel relatione cognovimus servata temporis consequentia diligenter explicemus (a).

f. 17v. Anno igitur M°CCCC°XIII° prout supra habitum est, venerunt huc primi patres nostri hanc domum inhabitantes. Venerunt autem de domo Valencenarum quae antiquor est domo nostra. Unde solent dicere in domo Valencenarum quod merito domus eorum et haec societate confederatae sunt (2).

Attamen primus prior huius domus dominus Robertus fuit de domo Vallis Sancti Petri (3), sicut audivi a quodam converso nostro qui dicebat se hoc in quadam schedula vidisse scriptum. Forte quod aliqui alis venerint de illa vel alia domo, quamvis de hoc nihil certi habeatur.

Vocatur autem haec domus Capellae Beatissimae semper Virginis Mariae iuxta Angiam et est antiquior domus provinciae Teutoniae.

A principio autem fundationis huius domus fuit hic prior institutus quantum ex omnibus scriptis et litteris potuimus habere ;

(a) Dessin d'un pot de fleur, grossièrement tracé.

(1) Voici les noms des moines omis par Beeltsens dans ces listes : Henri de Gand, cfr p. 39, note (3) ; Liévin de Coeckelaere, *ibid.*; Jean Helleman, cfr p. 17, note (7) ; fr. Ohylecorp, cfr p. 19 note (5).

(2) Notre-Dame de Macourt, près de Valenciennes, chartreuse fondée en 1228. « Scribunt omnes quod prima colonia vel primi Patres nostri hanc domum noviter fundatam inhabitaturi venerint ex domo nostra de Macourt, prope Valencenas ; sed qui illi fuerint aut quibus vocati nominibus, vel an hic manserint et defuncti sint vel redierint, nusquam invenire potuimus nec hic nec in Valencenis : tacet super hoc omnino auctor antiquioris chronici nec quidem in catalogo quem refert religiosorum illorum qui ante annum 1390 defuncti sunt tales distinguit a ceteris.» PÉDÉ, p. 2.

(3) Chartreuse située près de Vervins, diocèse de Soissons, fondée en 1140.

nec usquam fit mentio rectoris, nisi forte nomen prioris sit positum loco rectoris in omnibus litteris de primordiis huius domus. Videtur autem quod praefatus dominus Robertus primus prior huius domus non resederit nisi per 4 annos vel circiter. Cuius obitus est 13° kal. martii (1).

Anno Domini M°CCC°XVII° fuit prior huius domus dominus Ioannes sed non potui invenire aliquid amplius de eo, qualis f. 18. dominus Ioannes fuerit, an Ioannes Maldeghem (2), / vel D. Ioannes Meldert (3), vel D. Ioannes de Hontschote (4), vel D. Ioannes de Bochoute ; quia isti quatuor huius nominis fuerunt hic priores, sed tribus primis certi nil habemus quo tempore fuerint ; omnes tamen pro certo fuerunt ante D. Ioannem de Attrebato (5).

Anno Domini M°CCC°XXV° capellanus Nostrae Dominae de Capella fuit dictus dominus Ioannes Hellinghem, ut videtur

(1) « Hic anno 1314, die martis post S. Nicolaum hyemalem, munitus litteris commendatitiis Mariae viduae Walteri domini angiensis et Gerardi de Sottenghien perexit Cameracum sollicitaturus consensum episcopi et abbatis S. Autberti pro erexione novae domus in hoc loco, quorum litteras inde retulit. » PÉDÉ, p. 2. — Voir ces lettres de recommandations : *Cart. II*, f. 151-152 ; cfr infra, p. 172. — *Nécr. A*, 17 février.

(2) « D. Ioannes de Maldeghem, professus huius domus. Putat hunc auctor antiqui chronici fuisse priorem sed erratum credimus. Obiit 15 aprilis. » PÉDÉ, p. 5. — *Nécr. A*, 15 avril et 13 mai : il est cité deux fois, mais sans mention de priorat. — Ce moine fut le premier prieur de la chartreuse du Val-de-Grâce, près de Bruges : « ... et nos frater Ioannes de Maldengheem, primus dicti carthusiensis loci iuxta Brugas, qui Vallis Gratiae dicitur, humilis prior, ac frater Ioannes dictus Adam, monachus et vicarius, et Lambertus dictus Clericus monachus et procurator eiusdem domus, una cum dicto priore conventum ibidem facientes... », dans la lettre de consentement du chapitre de S. Donatien à Bruges pour l'érection de la chartreuse, 29 nov. 1318, publiée par MIRAEUS-FOPPENS, *Opera diplomatica*, t. III, p. 432. — Le nom de Jean Van Maldeghem apparaît dans quatre chartes de la chartreuse de Bruges, du 8 décembre 1318 au 25 juillet 1321 : archives de l'État à Bruges, fonds des chartreux de Bruges.

(3) « Obiit 26 septembris. Anno 1317 erat 30 maii prior huius domus D. Ioannes qui ille supponitur multis rationibus. Hic idem erat prior in Zeelhem anno 1330. » PÉDÉ, p. 2. — RAYMAEKERS, *Historische oogslag op het voormalige Karthuizerklooster te Zeelhem*, p. 65, cite un acte de lui à Zeelhem en 1330.

(4) *Nécr. A*, 16 février : « Ob. D. Ioannis de Hontschoete, prioris huius domus. »

(5) Selon PÉDÉ, il faudrait ajouter deux noms à ceux que propose Beeltsens : « D. Ioannes Adam, professus domus,... initio fundationis hic etiam praefuit. Obiit 15 decembris » (p. 2) ; cfr supra, note (2). « D. Simon, prior Capellae anno 1343 ad annum usque et forte ultra 1347. Obiit 24 maii » (p. 3). — *Nécr. A*, 24 mai : « Ob. D. Symonis, prioris huius domus ». — *Cart. I*, f. 40 : Dominus Sy prior domus... » (1340) et f. 41 : « praesentibus domino Sy priore... » (1347).

ex publico instrumento quod tunc infirmus fecit (1), in quo significatur quod domui huic de pluribus bonis providit. Vide etiam martyrologium nostrum (2). Iste dominus Ioannes Hellinghem creditur fuisse capellanus capellae Dominae Nostrae eo tempore quo patres nostri huc venerunt.

Anno MºCCCºXXVIIIº fuit hic prior D. Ioannes de Bochoute, qui rexit hanc domum multis annis. Unde anno 1340 erat adhuc idem hic prior vel circiter. Utrum ipse successit immediate domino Roberto primo priori huius domus certum non habemus (3). Item post hunc usque ad annum 1372, quis de supra memoratis prioribus eidem successerit, aut quo ordine ei successerint, certum non habemus.

Anno MºCCCºXXVIIº dominus Ioannes Strubollen sacerdos dedit huic domui testamento suo 30 lib. turonens. pro sustentatione monachi capellani et elegit hic sepulturam de quibus vidi copiam et instrumentum (4).

Anno MºCCCºXXº et XXVº fuit episcopus cameracensis quidam dominus Guido (5).

(1) *Cart. I*, f. 38-39 : extrait du testament de Jean Hellinghem, 24 octobre 1325.

(2) *Nécr. A*, 8 février : « Ob. D. Ioannis Hellinghem, qui dedit domui annuatim sex libras turon. antiq. et tria iornalia prati pro sustentatione monachi. »

(1) Henri Nullen est appelé à tort Gérard Nullen dans le *Syllabus Venerabilium Patrum Visitatorum Provinciae Flandro-Belgicae S. Ordinis Cartusiensis*, composé par le chartreux Pierre de Wal et publiée dans Raissius, *Origines cartusiarum Belgii*, après la p. 148. Tous les autres documents sont unanimes sur ce point. — Henri Nullen fut l'un des rares prieurs qui administra lui-même le temporel : il est cité, avec son titre de prieur, en 1402 (*Cart. II*, f. 74, 76-76$^{v}$, 91-91$^{v}$), 1405 (id. f. 175-175$^{v}$, 144$^{v}$-145), 1407 (id. f. 89$^{v}$-90), 1408 (id. f. 71-71$^{v}$, 73-83$^{v}$. 89).

(2) Cette dernière hypothèse paraît la plus vraisemblable. La charte de 1411 qui absout le prieur à cause de son grand âge, lui ordonne de restituer des livres à la maison de Mont-Dieu ; or nous savons qu'Albert de Loze était profès de cette maison, qu'il était un lettré et qu'il fut absout de son priorat à un âge avancé. Le Couteulx, *Annales ordinis cartusiensis*, t. VI, p. 441.

(3) Cfr p. 44, note (1).

(4) Raso de Florbeke entra à la chartreuse vers 1390 selon Pédé, *Series conversorum*, p. 3. Pédé donne un dessin sommaire de la sépulture et les deux épitaphes : « Chi gist frère Rase de Florebecke, jadis chevalier au siècle et puis

f. 25. *de Cromerijcke* (a) / Anno 1398 erat hic conversus quidam dictus frater Ioannes de Bruxella (1).

Anno Domini 1405 obiit dominus Guilelmus prior Antwerpiae qui habuit monachatum per totum ordinem. Puto quod fuerit visitator provinciae (2).

Eodem anno dominus Philippus Hardy dux Burgundiae et comes Flandriae venit in charta habens monachatum et obiit in Hallis 5 kal. maii vestitus habitu ordinis ex hac domo (3) qui adhuc non est solutus ; transvectus est Divionem ac ibidem in domo ordinis nostri quam ipsemet fundaverat conditus (4). Iste habuit tres mares filios : Ioannem qui ei in ducatu Burgundiae et comitatu Flandriae successit circiter 13 annis, Anthonium qui fuit dux Brabantiae, Philippum qui fuit comes Munensis, cuius filius fuit dominus de Stampis, qui postea comes Munensis fuit, etc. Uxor domini Philippi de Hardy dicebatur domina Margarita, filia Ludovici comitis flandrensis. Venit eodem anno in charta cum tricennario quo et maritus eius.

Anno 1410 obiit dominus Henricus de Coesveldia, prior domus Hollandiae, id est Montis Sanctae Gertrudis, visitator provinciae Picardiae, homo magnae scientiae ac litteraturae et bonae famae. Composuit hos libellos : de institutione novitiorum, de profectibus, de tribus votis, sermones pro capitulo monachorum. Obiit

(a) Cette dernière phrase est ajoutée d'une autre main.

convers de céans, qui trépassa l'an de grâce M.IIII[e] et VIII, le 24. jour d'octobre. Pries pour lame. » « Chi gist madame Marguerite de Hoves, femme dudit messire Rase, qui trepassa l'an de grâce M. IIII[e] XXIX, le 23. jour d'octobre. » Ils avaient eu un fils, Arnold de Florbeke. — Dans le ms. 6430 (inv. II, 879) de la Bibl. royale de Bruxelles, sous les nn. 20 et 21, deux actes originaux de vente de terres par Rasse de la Florebecque, 10 mars et 18 mai 1389.

(1) PÉDÉ, *Series conversorum*, p. 2. — *Nécr. A*, 2 décembre. — *Cart. II*, p. 60-60v (1394). — Cfr p. 20.

(2) D. Guillaume de Wandenoy, profès de Vauvert près de Paris, prieur d'Anvers (au moins de 1392 à 1401, selon le cartulaire d'Anvers) et visiteur de la province de Teutonie. Cfr LE COUTEULX, *op. cit.*, t. VIII, p. 183.

(3) PETIT, *Itinéraires de Philippe-le-Hardi et Jean-sans-Peur* (Collect. de Documents inédits), p. 578, dans les comptes des funérailles : « Compris en ce 8 escus donnez à un chartreux d'une esglise prez du dit Halle pour son habit tout neuf qui fut mis à mon dit feu seigneur quand il fut mis en son serqueul. » — Cfr PLANCHE, *Histoire de Bourgogne*, t. III, p. 200.— LE COUTEULX, *op. cit.*, t. VI, p. 328.

(4) Philippe-le-Hardi fut enseveli dans la célèbre chartreuse de Champmol près de Dijon, qu'il avait fait construire pour garder les tombeaux de sa famille. Le monachat qu'on lui accorde comprend un anniversaire et trente messes.

in domo Brugensi anno quo supra et habuit monachatum per totum ordinem (1). Eodem anno venit in charta dominus Her-
f. 25v. mannus prior Brugensis cum monachatu (2). / Anno Domini 1407 vel 8 vel circiter factus fuit prior domus Antwerpiae dominus Theodoricus Terlinck et, ut credo anno 10 vel 11 visitator provinciae, quo officio functus fuit circiter 40 annis, id est usque ad annum 1449. Obiit id. ianuarii (4).

Anno Domini 1410 facta est unio in ordine, congregatis patribus in Capitulo in domo Maioris Cartusiae, quoniam propter schisma Petri Leonis (5) quod fuit in Ecclesia plusquam 30 annis, ab anno scilicet 1380 usque ad annum 1417, etiam in ordine nostro fuit divisio (proh dolor) per aliquot annos, ut patet in chronicis domus Maioris Cartusiae. Hoc igitur anno 1410, absoluti sunt a Capitulo dominus Bonifacius prior domus Maioris Cartusiae in Sabaudia a prioratu, cui successit D. Ioannes de

(1) Voir sur lui tous les auteurs chartreux. Un recueil de ses œuvres « ex libris cartusiae Capellae », dans le ms 2158 (inv. 4971-73) de la Bibl. royale de Bruxelles. — Son traité *de tribus votis substantialibus monasticae vitae* se trouvait dans beaucoup de bibliothèques monastiques : Bibl. royale de Bruxelles, ms 1035 (provenant de Rouge-Cloître), 1425 (de Saint-Martin de Louvain), 1467, 1505 (de Corsendonck), 3707 (de Saint-Laurent de Liége), etc.

(2) Herman Clincke, cité comme prieur dans sept chartes de la chartreuse de Bruges. du 19 déc. 1396 au 27 avril 1408 (Arch. de l'État à Bruges, fonds des chartreux de Bruges).

(3) Théodore Terlinck, de Harlem, visiteur principal de 1411 à 1430, puis covisiteur, redevient visiteur principal en 1431 à la mort de Jean d'Arras et le reste jusqu'à sa mort le 11 janvier 1449. Selon Tromby, *Storia critico-cronologica diplomatica del patriarca S. Brunone*, t. VIII, p. 199, il fut plus que visiteur « non soltanto... visitatore principale della citeriore provincia, ma nella medesima eziando a Vicario Generale con piena, ed ampla, ed illimitata autorita quasi d'un altro generale. » Mais cette assertion semble n'avoir d'autre fondement que les termes ampoulés dont se sert Pierre de Wal pour lui attribuer l'autorité que possède *tout* visiteur dans sa province : « in quo, sicut et in omni legitimo provinciali visitatore... », *Synopsis Ven. PP. Visitatorum Prov. Flandro-Belgicae*, dans Raissius, *Origines cartusiarum Belgii*, après la p. 148. — Dans le *Cartulaire de la chartreuse d'Anvers* (Arch. de l'Etat à Anvers, fonds des chartr. d'Anvers, n. 14), de nombreux actes de 1410 à 1425 nomment comme prieur Théodore ou Diederick van Helmont (cité comme procureur de 1403 à 1408). De 1426 à 1441, ce nom fait place à celui de Théodore Terlinck, prieur.

(4) Pierre de Luna, pape d'Avignon sous le nom de Benoît XIII.

(5) Beeltsens ne dit rien de la position prise par son couvent durant le schisme : Hérinnes se rallia aux clémentistes, quoique le comte de Hainaut fut de l'autre obédience. Le manque d'unanimité parmi les chartreux amena de très vifs incidents, non seulement entre les maisons de la province, mais encore à l'intérieur de la chartreuse d'Hérinnes. Le Couteulx, *Annales ordinis cartusiensis*, t. VI, p. 441. — Nous reviendrons sur ce sujet dans notre *Histoire de la chartreuse de la Chapelle*.

Grissomonte prior domus parisiensis, et D. Stephanus de Senis qui agebat officium prioratus Cartusiae in Allemania in Seyts (1), et utrique concessus est monachatus pro laboribus suis. Sed dominus Stephanus de Senis factus est eodem anno vel circiter prior Papiae, ut patet in epistola quam scripsit de vita et moribus sanctae Catharinae senensis anno 1411 (2). Iste dominus Stephanus fuit discipulus sanctae Catharinae senensis sicut patet in legenda eius et in praedicta epistola. Item in charta Capituli anno 1411 erat concessa a Capitulo generali eidem D. Stephano visitatio domorum Italiae et concessa potestas Capituli generalis ut diceretur Venerabili Patri nostro domino Stephano, etc.

Anno Domini 1405 erat episcopus cameracensis D. Petrus de
f. 26. Alliaco, doctor sacrae theologiae, qui Parisiis rexerat / in theologio. Eius discipulus egregius fuit magister Ioannes Gerson cancellarius parisiensis. Iste dominus Petrus fuit etiam postea cardinalis et interfuit concilio constantiensi, ubi et tractatus composuit qui habentur in hac domo (3) et, ut fertur, fuisset papa nisi fuisset partialis.

Anno Domini 1411 fuit capellanus nostrae Capellae B. Virginis D. Ioannes de Curenbeke (4).

Anno igitur ut praescriptum est 1411, venit huc prior huius domus institutus et missus a Capitulo generali dominus Ioannes de Attrebato, qui antea fuerat prior in domo Aquitaniae quae dicebatur Mortui Maris; credo quod non sit iam in ordine illa

(1) Les religieux français suivant l'obédience d'Avignon avec les prieurs de la Grande-Chartreuse Guillaume de Raynald et Boniface Ferrier, la chartreuse de Seyts servit de maison généralice aux religieux d'Allemagne et d'Italie, fidèles au pape de Rome. La fraction romaine eut pour généraux Jean de Bari, Christophe Maggiani et Étienne Maconi, l'ancien secrétaire de S[te] Catherine de Sienne. En 1410, DD. Boniface Ferrier et Étienne Maconi démissionnèrent et Jean de Griffemont (Grissemont, Griffenberg) fut élu général unique. Cfr LEFEBVRE, *S. Bruno et l'ordre des chartreux*, t. I, p. 53-63 et t. II, p. 404-412. TROMBY, *Storia critico-cronologica diplomatica del patriarca S. Brunone*, publie, en appendices aux t. VII et VIII, de nombreux documents concernant le schisme dans l'ordre.

(2) *Acta Sanctorum Aprilis*, t. III, p. 961-967. — Sur les rapports de Maconi avec la sainte, voir aussi R. FAWTIER, *S[te] Catherine de Sienne. Essai de critique des sources*, Paris, 1921, p. 108-117.

(3) Nous n'avons retrouvé dans les mss de la chartreuse d'Hérinnes que ses *In septem psalmos poenitentiales*. Bibl. royale de Bruxelles, ms. 2057 (inv. 2653-62). Pierre d'Ailly mourut à Avignon le 8 août 1420; il était depuis 1411 cardinal prêtre de Saint-Chrysogone.

(4) *Cart. I*, f. 54: le chapelain Jean Curenbeke reconnaît le caractère précaire de l'autorisation qu'il reçoit de relier son vivier à celui du couvent, 1411.

domus, saltem quoad nomen illud, quia non exprimitur in tabula domorum quae nobis venit a Cartusia (1); et erat dictus dominus Ioannes professus domus Livigniaci in Burgundia, prout auditu comperi (2), et antequam intraret ordinem nostrum erat de ordine carmelitarum, prout intellexi.

Eodem anno facta est a Capitulo generali divisio provinciae Picardiae in provinciam Picardiae propinquioris et provinciam Picardiae remotioris, propter diversitatem linguarum et pluralitatem domorum (3). In provincia Picardiae propinquoris remanserunt domus ordinis qui nunc sunt et modo vocatur provincia Picardiae; ad provinciam nostram, scilicet Picardiae remotioris quae modo vocatur provincia Teutoniae, separatae sunt novem domus ordinis, scilicet domus Capellae, domus brugensis, domus antverpiensis, domus Silvae Sancti Martini, domus Hollandiae
f. 26v. scilicet domus Montis Sanctae Gertrudis, / domus Seelem prope Diest, domus Gandavi, domus Leodii et domus monialium prope Brugas (4). Haec provincia circiter 60 annis vocata est in ordine provincia Picardiae remotioris, ab anno scilicet supra usque ad annum 74 (5).

Cum autem dominus Ioannes de Attrebato huc advenisset, erat domus haec valde pauper tam in redditibus quam aedificiis. Dolebant autem monachi huius domus quod deberent stare in ecclesia antiqua usque ad cancellos, ita ut manibus suis possent mulieribus lumen porrigère (6) antequam dominus Ioannes de Attrebato novam ecclesiam aedificasset quae nunc est (7). Cellae

(1) Chartreuse de Mortemer, diocèse de Limoges, fondée en 1401 par Pierre de Mortemer, cardinal évêque d'Auxerre; la dotation n'étant pas suffisante, le Chapitre de 1412 l'abandonna. LEFEBVRE, *S. Bruno et l'ordre des chartreux*, t. II, p. 297; LE COUTEULX, *Annales ordinis cartusiensis*, t. VII, p. 307.

(2) Chartreuse de Lugni, dans la forêt du même nom, diocèse de Dijon, fondée en 1170. LEFEBVRE, *op. cit.*, t. II, p. 235. — PÉDÉ donne « domus Siligniaci »: chartreuse de Sélignac, diocèse de Belley, également en Bourgogne.

(3) Texte de la charte dans LE COUTEULX, *op. cit.*, t. VIII, p. 302.

(4) Le chartreuse de Mont-Saint-André, à Chercq-lez-Tournai (1377-1783) appartint toujours à la province française de Picardie (Picardiae remotioris).

(5) Cfr p. 73, où Beeltsens donne la date de 1473.

(6) La chartreuse s'étant constituée autour d'une chapelle de pèlerinage, les religieux avaient dû se résoudre à ce que leur église fut publique. En 1433 seulement, le prieur Jean de Montignies entreprit de remédier à cette situation par la construction d'une chapelle extérieure, *sacellum B. Mariae foris*, où fut placée la statue de la Vierge; cfr p. 11 et 160.

(7) L'ancienne église, ou du moins la chapelle, avait été consacrée en 1228 (p. 11), allongée en 1381 (p. 36). Nous avons rencontré déjà la mention des

vero tunc temporis sicut et ante stabant in antiquo horreo, et sic ex adverso per quadrum, ubi nunc stat parvus ambitus. Cella vero prioris solebat stare circa novam domum prope gradus quibus nunc ascenditur ad (a) novum hospitium. Unde in praedicto antiquo horreo adhuc apparent signa multorum caminorum quae erant in antiquis cellulis fratrum. Coquina vero antiquitus fuit ubi nunc est stabula equorum, et refectorium ibidem circa in una lata camera quae est tabulis strata, ubi farina solet poni vel blada et huiusmodi.

Ipse vero dominus prior Ioannes de Attrebato solebat habitare super cameram magistri Ioes (1), id est quae ultima vergit ad plateam in dicta longa antiqua domo. Et sic de aedificiis antiqui claustri in quibus habitaverunt patres nostri usque ad annum 1411 et postea quousque nova aedificia sunt consummata,
f. 27. nihil remansit / nisi illa magna domus quae praetenditur veniendo a porta usque ad coquinam et antiquum horreum quod inter ecclesiam et illam domum stat. Et circa illas duas domos stat aliquid de antiquo ambitu ut apparet intuentibus, et etiam illa parva domus in qua praedicatur est de antiquo ambitu partim, partim vero de horreo.

Cetera vero aedificia sive cellarum sive aliorum fecit construi dominus Ioannes de Attrebato, antiqua deponi et nova aedificari (2). Nescio tamen an parvum nostrum claustrum quod dicitur parvus ambitus fuerit inchoatum ante adventum eius (3) ; si non tunc ipse innovari fecerit, quamvis omnia aedificia quae nunc sunt non fuerint tempore vitae eius consummata, sed priores qui post ipsum fuerunt fecerunt multa construi. Igitur dominus Ioannes de Attrebato fecit aedificari sive construi novam ecclesiam, utramque gallileam, id est utrumque ambitum sive magnum et parvum claustrum, refectorium, capitulum, cellas novas, non tamen om-

(a) Ms : prope, changé par le scribe en : ad.

dons qui permirent à Jean d'Arras de la rebâtir : dons de Marguerite de Hainaut (p. 37), de Louis Thonis (p. 35) ; voir encore ceux de Gilles Joes (p. 62), des parents d'Henri d'Utrecht (p. 52 note 1).

(1) Cfr p. 62.

(2) Jean d'Arras remania complètement le plan du monastère en déplaçant le grand cloître ; celui-ci était accolé au côté sud-ouest de l'église ; il fut réédifie derrière le chœur, sur un espace plus étendu que ne gênait plus la proximité du Harebeek. Voir notre *Histoire de la chartreuse de la Chapelle*, 1re partie, chap. 2.

(3) Dès 1381, Louis Thonis donne 10 petrus d'or, valant chacun 40 s. de Flandre, pour la construction du cloître. *Nécr. A*, f. 34v. — Cfr p. 35, note (1).

nes cellas consummavit (1) ; sed aliquas perfecit dominus Ioannes Montegys successor eius, item dominus Laurentius postea tres vel quatuor et dominus Arnoldus unam.

Anno 1418, in profesto S. Ioannis Baptistae patres nostri in novam ecclesiam intrantes quae tunc noviter erat aedificata, celebraverunt divina. Et sic videtur quod post septimum annum postquam venerat huc dominus Ioannes de Attrebato, ecclesia fuerit perfecta. In cellis vero et aliis aedificiis construendis usque ad mortem occupatus fuit.

f. 27v. Circa annum Domini 1417 et ante, fuit concilium constantiense utile Ecclesiae, propter schisma sedandum quod erat in Ecclesia et duravit plusquam 30 annos, scilicet per aliquot annos ante annum 1380 incepit, quo tempore vixit sancta Catherina de Senis et defuncta est Romae anno 1380, quae fuit virgo sanctissima. Mortuo enim Gregorio XI (a), Romae est in papam electus Urbanus VI. Tunc quidam cardinales venerunt Avinionem ubi alius papa ab eis est electus, ut puto Petrus de Luna (2). Et sic tota fere Gallia stetit sub obedientia papae qui erat in Avinione et, prout puto me legisse, in Hispania erat unus gerens se pro papa, et sic triceps erat Ecclesia.

Sub romano autem pontifice, scilicet Urbano sexto et successoribus eius, qui fuerunt hi : Bonifacius IX, Innocentius VII, Gregorius XII, Alexander V, Ioannes XXIII, stetit tota Italia, Allemania et, ut puto, Anglia. Nam et dux Guilelmus, comes Hannoniae, Hollandiae et Seelandiae, stabat cum omnibus dominiis suis sub romano pontifice, a quo etiam habuit plenariam indulgentiam super omnes terras suas (3). Et, ut refert magister Raymundus in vita S. Catharinae de Senis quam scripsit, ipsa S. Catharina testimonium reddidit quod Urbanus VI fuerit verus papa et legitimus successor sancti Petri apostoli. Et illud schisma praedixit futurum. Et idem Raymundus dixit et scripsit quod sibi certissime constaret quod Urbanus VI esset verus papa.

f. 28. Anno Domini 1415, Anthonius dux Brabantiae et Philippus frater eius comes nivernensis cum aliis multis proceribus et no-

(a) Ms : Gregorio II.

(1) Il en construisit treize, selon *Nécr. A*, 30 juillet.

(2) Les cardinaux élurent d'abord à Fondi Robert de Genève (Clément VII), auquel succéda en 1394 Pierre de Luna (Benoît XIII) ; lorsque celui-ci s'enfuit en Espagne à Peniscola, il n'y avait plus trois papes, Jean XXIII ayant été déposé et Grégoire XII ayant abdiqué en 1415.

(3) Voir p. 43, note (5), l'attitude des chartreux d'Hérinnes.

bilibus occisi sunt ab Henrico V rege Angliae et exercitu eius in bello de Blansys sive de Azincourt. Ibidem occubuit etiam dominus Simon de Kieverayn baro amicus huius domus. Item Konrardus de Kestergate, alias de Angia, avus istorum dominorum de Kestergate, scilicet D. Ludovici et D. Petri fratrum qui modo vivunt anno 1486 (1).

Circa annum Domini 1417 obiit dux Guilelmus, comes Hannoniae, Hollandiae et Seelandiae, qui dominium istarum terrarum tenuit forte 25 annis post patrem suum ducem Albertum et praecepit omnibus terris suis ut starent sub obedientia romani pontificis, ut intellexi. Iste non habuit filium legitimum, sed tantum filiam dominam Iacobam, quae accepit maritum unum de filiis regis Franciae (2). Sed illo post modicum defuncto, adhuc adolescente, accepit maritum dominum Ioannem ducem Brabantiae, suum consobrinum. Et sic multiplicata sunt mala in terris istis de quibus postea.

Martinus V fuit papa anno 1412, et sic videtur quod tunc fuerit finitum concilium constantiense. Ioannes enim papa XXIII ibidem venerat, sed occulte inde recessit et ideo fuit per concilium depositus, et cardinalis Columna electus et Martinus quintus nuncupatus. Huic concilio constantiensi Sigismundus imperator interfuit et Ioannem papam fertur adiurasse per Deum
f. 28v. vivum cum oscularetur / manum eius ut diceret ei si ipse esset verus papa ; qui respondit : quid me interrogas ? interroga eos qui me elegerunt. In dicto concilio fuerunt multi doctores etiam parisienses, ut magister Petrus de Alliaco cardinalis cameracensis, de quo supra, et magister Ioannes Gerson cancellarius parisiensis qui multos et pios tractatus composuit, et alii ; etiam magister Ioannes Nyder, quamvis adhuc tunc esset iuvenis (3).

(1) Cette famille de Kestergate resta dévouée aux chartreux : en 1453, l'action de Jean de Kestergate, amman de Bruxelles, aurait déterminé la décision du magistrat de Bruxelles de confier aux chartreux le couvent à fonder près la chapelle de Scheut. J.-F. Kiekens, *Recherches sur Maître Pierre Van der Heyden, dit Pierre de Thimo*, Anvers, 1896, p. 83-84. — Sur cette famille, cfr A. Wauters, art. *Enghien (Jean d')*, dans la *Biographie nationale*, t. VI, 1878, col. 601-604.

(2) Jacqueline de Bavière avait épousé en 1414 Jean de Touraine, second fils de Charles VI ; après la mort du jeune prince en 1416, elle épousa Jean de Brabant, fils aîné d'Antoine de Bourgogne.

(3) Jean Nyder, de Colmar, prédicateur et inquisiteur dominicain, mort en 1440 ; cfr Quétif et Echard, *Scriptores ordinis Praedicatorum*, t. I, p. 792-794.

comitissa Hannoniae, Hollandiae et Seelandiae acceperat in matrimonio Ioannem ducem Brabantiae, filium ducis Anthonii, scilicet filium avunculi sui cum dispensatione papae Martini quinti. Uxor enim ducis Guilelmi patris eius fuit soror ducis Ioannis et ducis Anthonii ut praemittitur. Praefata igitur domina Iacoba ducem Ioannem propter causam aliquam reliquit et sese a castellano (ut fertur) de Bocheyn in Angliam transduci fecit, ibique de facto accepit in maritum ducem de Glocester, fratrem regis Henrici qui bellum Blangys pugnavit (1). Qui dux cum ea in Hannoniam venit cum quinque millibus armatorum anglorum. Unde etiam eo tempore Angli ante Angiam venerunt et in-
f. 29v. sultum fecerunt. / Eo tempore dux Brabantiae Ioannes Hollandiam attentavit et etiam Hannoniam expugnare, nam et Breniam Comitis (2) destruxit et ante Montes Hannoniae fuit atque obsedit. Dominus vero Petrus de Luxembourch iuvabat ducem Brabantiae Ioannem contra dominam Iacobam et Hannoniam et idcirco terra angiensis cuius erat dominus habuit inimicos et adversarios Anglos et Hannonienses qui erant ex parte eiusdem dominae Iacobae.

Anno Domini 1420 obiit dominus Petrus de Alliaco, episcopus cameracensis.

Anno 1424 obiit venerabilis pater dominus Stephanus de Senis prior Papiae, discipulus S. Catharinae Senensis de quo vide in legenda eiusdem sanctae (3).

Anno Domini 1428 obiit Ioannes dux Brabantiae praescriptus post cuius obitum frater eius Philippus dux Brabantiae fuit circiter 4 annis, nam defunctus est circa annum Domini 1432 (4). Post cuius obitum Philippus dux Burgundiae, comes Flandriae, dux Brabantiae fuit circiter 36 annis, scilicet ad annum 67.

Circa annum Domini 1428 obiit dominus Bartholomaeus Clantier de Bruxella quondam monachus huius domus et etiam prior. Ut puto iste fuit de progenie Ludovici Antony et postea

valeat emittere et dividere per domos ordinis per provinciam et extra si guerrarum incommoditas hoc exposcit. Et D. Henricum de Bruxella monachum dictae domus praeficimus in priorem domus Belnae. » Ms. Bibl. royale de Bruxelles n. 3851, f. 57.

(1) Azincourt.

(2) Braine-le-Comte; Jean IV s'empara de Mons où Jacquelines capitula le 13 juin 1425.

(3) PETREIUS, *Bibliotheca cartusiana*, p. 263; cfr p. 43.

(4) Philippe de Saint-Pol, duc de Brabant de 1427 à 1430.

stetit in Francia. Nescio an idem alicubi secundo professus fuerit et obierit (1).

f. 30. Anno 1430 idibus iunii, obiit dominus Ioannes Clutinc monachus huius domus fuerat antea monachus in Afflighem.

Eodem anno obiit venerabilis magister Ioannes Gerson cancellarius parisiensis, qui multa pia opuscula edidit et habuit tricennarium in ordine.

Anno 1430 penultima iulii obiit venerabilis pater noster dominus Ioannes de Attrebato, prior huius domus, qui hanc domum rexit usque 19 annis, vir valde idoneus et zelosus pro observantia ordinis, qui etiam multis annis convisitator huius provinciae fuit (2), qui nova aedificia huius domus construi fecit ut supra patet. Insuper haec domus fuit multum meliorata in redditibus sub eius regimine. Unde a vulgo huius terrae solebat vocari bonus prior.

Martinus papa V obiit anno 1430, 20 februarii et sic circiter 13 annis sedit, vir valde idoneus.

Anno 1433 obiit dominus Nicolaus de Gravesande monachus huius domus, dictus antiquis sacrista (3).

Igitur anno 1430 post obitum domini Ioannis de Attrebato elegerunt patres nostri in priorem huius domus dominum Ioannem de Montegys, monachum professum domus diestensis, qui fuit nobilis miles in Hannonia ante ingressum ordinis, et, cum esset hic prior, tantae humilitatis fuit ut recusaret aliquid aereum por-
f. 30v. tare ne videretur aurum portare (4). Sed cum circiter 4 annis / hanc domum rexisset, ad suam magnam instantiam absolutus est et ad domum suae professionis regressus. Hic fertur domino Nicolao cardinali ordinis nostri occurrisse Athi cum venisset ad faciendam pacem inter regem Franciae et Philippum ducem Burgundiae (5).

(1) Cfr p. 38-39.

(2) Cfr p. 43-45. Il fut covisiteur de 1414 à 1418 et de 1419 à 1430. En 1430, il devint visiteur principal, mais mourut peu après.

(3) *Nécr. A*, 31 janvier.

(4) « D. Ioannes de Montignies, professus domus in Zeelhem, huius domus Capellae prior electus est ex vicario domus suae die 5 augusti 1430. Hic erat de illustri istius nominis familia Hanoniae quae huic provinciae magnos Hanoniae bailivios dedit... Obiit die 24 novembris 1447. Aedificata capella Beatae Mariae Virginis ubi nunc eius imago veneratur. » PÉDÉ, p. 9. — Cfr supra p. 44, note (6), construction de la chapelle, et p. 46, construction de cellules. — Jean de Montignies fut prieur à Zeelhem en 1442, RAYMAEKERS, *Historische oogslag op het voormalige Karthuizersklooster te Zeelhem*, p. 65.

(5) Nicolas Albergatti, chartreux, cardinal de Sainte-Croix, légat pontifical,

Anno 1433 obiit nobilis dominus D. Petrus de Luxembourch comes Sancti Pauli, dominus terrae angiensis, et sepultus est in monasterio cisterciensis ordinis quod Cervi Campus dicitur in comitatu Sancti Pauli (1). Hic reliquit tres mares filios et duas vel tres filias (2). Primogenitus eius erat D. Ludovicus qui ei in dominio successit, qui habuit in uxorem filiam de Ghistelle nobilem et divitem valde. Secundus filius domini Petri dicebatur. Theobaldus qui habuit in uxorem filiam de Antonio, de qua 4 filios et filias habuit (3). Primogenitus eius fuit D. Iacobus, dictus dominus de Finies. Alter erat episcopus cynomanensis. Alter habuit filiam domini de Scornaco, quartus fuit in Francia apud regem Ludovicum. Tertius filius domini Petri dicebatur D. Iacobus qui habuit in uxorem filiam domini de Robays. Una filiarum domini fuit ducissa Britanniae. Altera nupsit cuidam de Anglia praeter voluntatem suorum quae genuit filios et filias. Una filiarum eius nupsit domino Eduardo de Yorcke, fratri dominae Marguaritae ducissae Burgundiae, qui fuit rex Angliae circiter 13 annis circa annum Domini 1470 vel postea.

f. 31. Concilium basileense inchoatum fuit anno 1433 et duravit adhuc anno 39, quod habuit bonum initium ut fertur. Dominus Sigismundus in basterna se fecit (a) deportari illuc et comminatus fertur eis qui interfuerunt concilio non recte agens in malo... iurans (b). Multi de illo concilio et de constitutis ibidem parum curant. Ibidem fertur declaratum de Conceptione beatae Mariae Virginis quod sine peccato originali fuerit concepta (4). Cui ta-

(a) Ms : feci.

(b) Passage corrompu ou illisible dans l'original ; le copiste laisse un blanc.

avec le cardinal de Chypre légat du concile de Bâle, au congrès d'où sortit la paix d'Arras entre Charles VII et Philippe-le-Bon (1435). Le texte de Beeltsens ne justifie pas la conclusion qu'en tire Tromby que Jean de Montignies prit part aux négociations.

(1) Abbaye de Cercamps. Cfr p. 3.

(2) Les généalogies de Beeltsens sont peu exactes. Pierre de Luxembourg et Marguerite de Beaux eurent cinq fils et quatre filles : Louis, Thibaut, Jacques qui épousa Isabelle de Roubaix, Waleran mort en bas-âge, Jean, Jacqueline mariée à Jean duc de Bedford puis à Richard d'Oudeville et dont la fille épousa Richard IV d'Angleterre, Isabelle qui épousa Charles d'Anjou, Philippe abbesse de Maxence et Catherine qui épousa Artus de Richemond connétable de France et duc de Bretagne. MATTHIEU, *Histoire de la ville d'Enghien*, t. I, p. 110.

(3) Thibaut est le fondateur de la branche des seigneurs de Fiennes.

(4) Le concile consacra à cette définition la 36e session (17 septembre 1439) ; rappelons qu'elle est sans portée dogmatique, le concile étant alors schismatique

men Praedicatores et forte adhuc alii non consentiunt, cum tamen de hoc legantur miracula terribilia.

Circa idem tempus obiit dominus Henricus de Traiecto, monachus huius domus ac quondam vicarius qui scripsit missale ante sanctum Ioannem et duo volumina vitae Iesu Ludolphi, qui fuit vir venerabilis vitae. Obiit in S. Apollinaris (1).

Anno 1434 obiit dominus Henricus Voorde, primo monachus professus huius domus, postea Sanctae Annae prope Brugas (2).

Eodem anno obiit frater Alardus conversus huius domus, vir valde idoneus (3).

Circa annum Domini 1434 successit in prioratu huius domus domino Ioanni de Montegys dominus Gerardus Naghel de Delft, monachus huius domus, qui fuerat antea hic procurator et ut puto vicarius (4). Vir religiosus valde, zelosus et rigorosus ; 2ae

et en lutte contre le pape. Cfr HARDUIN, *Acta Conciliorum*, t. VIII, 1741, col. 1266 ; HEFELE-LECLERCQ, *Histoire des Conciles*, t. VII, 2e partie, p. 1071.

(1) « Obiit 23 augusti 1433. Huius parentes nobis benefecerunt pro structura novae ecclesiae. » PÉDÉ, p. 10. — *Nécr. A*, 23 juillet. — *Id.* 5 juin : «—Parentum D. Henrici de Traiecto fratris nostri ceterorumque omnium pro quibus orare tenetur, a quo habuimus 34 lib. Hanoniae quae pecunia exposita fuit in structura novae ecclesiae. »

(2) *Nécr. A*, 23 décembre (Henricus Van den Voorde) ; la charte de 1435 l'appelle de Voerde (ms. Bibl. royale 3851).

(3) « Fr. Alardus de Smet, conversus professus huius domus. Huc venit post annum 1390. Huius nomen ab anno 1410 multum videtur in litteris nostris ad annum usque 1430, ex quibus apparet quod erat huc occupatus in rebus externis domus. Obiit 7 octobris anno 1434. Erat ut scribit chronicon vir valde idoneus et obiit de pestilentia. » PÉDÉ, *Series conversorum*, p. 4. — Le nom d'Alard de Smet apparait dans 27 actes, de 1407 à 1431, tous dans *Cart. II* : 1407 (f. 71v-72, 88v), 1410 (f. 72-72v, 79v-80, 87v-88), 1412 (f. 82v-83), 1414 (f. 75-85v, 76v-77, 78v, 81v, 94-94v), 1418 (f. 75v-76, 85-85v), 1421 (f. 78v-79), 1425 (f. 101), 1426 (f. 101-101v), 1427 (f. 102, 103v-104), 1429 (f. 102v-103), 1430 (f. 103, 104-108), 1431 (f. 108v-109).

(4) Cfr p. 11 et 68. Il faut relever deux confusions au sujet de Gérard Naghel. La première, déjà ancienne, avec Gérard Haghen de Bréda, profès de la Chapelle et écrivain ascétique (cfr p. 65). Ils sont confondus, entre autres, par SCHWENGEL, *Propago S. Ordinis Cartusiensis*, British Museum, additional ms. 17094-95. t. II, f. 274 ; par l'auteur des *Maisons de l'ordre des Chartreux, Vues et notices*, t. II, p. 192. Il faut en outre les distinguer de leur contemporain Gérard de Schiedam (cfr p. 57). Plus récemment on a voulu identifier avec Gérard Naghel le « Maître Gérard », prieur d'Hérinnes, qui fut en correspondance avec Ruysbroeck et le reçut en sa maison. Le prologue écrit en flamand par cet inconnu pour les œuvres de Ruysbroeck se trouve dans les mss 2363 et 3514 de la Bibl. royale de Bruxelles et a été édité par W. DE VREESE : *Bijdragen tot de kennis van het leven en de werken van Jan van Ruusbrouc*, dans *Het Belfort*, 1895. DAVID, dans son édition du *Tabernakel* de Ruysbroeck, DE VREESE, *op. cit.* et *De handschriften van Jan van Ruusbrouc*, VAN DEN GHEYN, *Catalogue des mss de la Biblio-*

et 4ae feriae fecit servari nihil ministrans nisi potagium (a),
f. 31v. et abstinentiam / semel in hebdomada simpliciter in pane et aqua ac propter nimiam rigorositatem videtur absolutus a Capitulo generali. Anno 1437 venit in carta Capituli generalis : « Priori domus Capellae ad suam magnam instantiam fit misericordia et committitur electio conventui ».

Circa idem tempus obiit domina Iacoba filia ducis Guilielmi quae ultimo duxit maritum dominum Franconem de Bursalia et propter hoc fuit in periculo vitae suae apud ducem Philippum qui scilicet dux Philippus omnia dominia dominae Iacobae tenuit usque ad mortem et successores sui consequentur (1).

Anno igitur 1437 dominus Laurentius Muschesele de Aelst (2) professus huius domus, electus est in priorem huius domus qui fuerat 3 vel 4 annis tantum in ordine, vir religiosus devotus ac timens Deum, et rexit domum hanc circiter 8 annis et ipsam tam in aedificiis cellarum quam idoneis personis multum valde

(a) Passage sans doute altéré ; Pédé le restitue comme suit : « ieiunia diebus lunae et mercurii fecit servari ministrans nec potagium et similiter abstinentiam etc. » (p. 11)

*thèque royale*, t. III, p. 436, les éditeurs bénédictins de Ruysbroeck, ... ont identifié l'auteur avec Gérard Naghel, sans tenir compte de l'anachronisme : Ruysbroeck était mort en 1382, Gérard Naghel fut prieur de 1433 à 1437. Aussi M. P. O'Shéridan, *Une tentative malheureuse de Ruysbroeck*, dans la *Revue belge d'histoire*, t. I, 1914, p. 120-122, voit-il dans ce personnage Gérard de Saintes (de Sanctis † 1371), le seul moine d'Hérinnes du nom de Gérard que mentionne la chronique comme contemporain de Ruysbroeck (cfr p. 27) ; mais le prologue aurait subi des retouches postérieures, car il est supposé écrit après la mort de Ruysbroeck. Le P. L. Reypens, *Voor de geschiedenis van Jan van Ruysbroeck*, dans *Dietsche Warande en Belfort*, 1914, p. 516-520, conteste ce dernier point et n'admet l'identification qu'à titre d'hypothèse et sous toute réserve : elle est possible, le titre de « prior » pouvant être une lecture fautive, au lieu de « procurator », d'une abréviation « pror », mais l'imperfection de la liste des prieurs donnée par Beeltsens laisse place pour toute autre explication. Nous estimons trop sévère le jugement du P. Reypens sur la valeur de la chronique (cfr notre introduction, p. XV), mais nous partageons ses réserves quant à l'identification proposée : l'état des documents ne permet qu'une hypothèse provisoire. Quant à l'abréviation pror-procurator, nous ne l'avons jamais rencontrée.

(1) La charte du Chapitre général de 1437 lui accorde « tricennarium defunctorum per totum ordinem ». Ms. Bibl. royale n. 3851. — Cfr. p. 4[illegible].

(2) Son véritable nom était Van Muschezele, selon deux registres d'Alost où se trouve le nom de Cornelis Van Muschezele (1460 † 1465) selon Kiekens, *Deux chartreux d'Alost honorés dans leur ordre du titre de bienheureux*, dans les *Précis historiques*, 1873, p. 394-400. — *Nécr. A*, 1 mars : « Obitus Alyde van Muschezeele, a qua habuimus 25 coronas. » — Ce nom est habituellement défiguré dans les compilations cartusiennes latines.

decoravit (1). Iste fuit hic prior tempore magnae caritatis (2) et quia dominus Gerardus de Delft cum esset in officio prioratus fuit vir parcus, solaria reliquit plena annona et bladis : quae iste dominus Laurentius tam largiter erogavit tempore praefatae caritatis et alia quae habere potuit, ut inde magnam famam acquisierit in vulgo. Et post haec incidit in magnam infirmitatem ita
f. 32. ut desperatus fuerit a medicis / et ideo tempore visitationis absolutus fuit a visitatoribus. Postea tamen convaluit et plusquam 30 annis vixit ac vicarius hic fuit (3).

Dominus Henricus de Loe monachus eius et vicarius eidem in officio prioratus successit circa annum Domini 1444 qui vix tribus annis fuerat in ordine. Vir pius, devotus et religiosus, ac magnae litteraturae, scilicet baccalaureatus formatus in theologia. Rexit domum hanc circiter 11 annis (4).

Anno 1437 obiit Sigismundus imperator 10 decembris. Anno 1439 obiit Albertus dux Austriae 6 kal. novembris.

Anno Domini 1436 fuit incorporata ordini domus de Ziriczee, ut patet in carta Capituli generalis (5).

Dominus Ioannes de Blisia alias Dendermunde monachus professus huius domus, receptus ad ordinem tempore prioratus domini Ioannis de Montegys, qui fuit hic procurator tempore prioratus domini Gerardi Naghel et Laurentii (6), qui ante ingressum ordinis magister artium erat et notabilis clericus (7)

(1) Il construisit trois ou quatre cellules ; cfr p. 46.

(2) Cette famine de 1438 est mentionnée par FERREOLUS LOCRIUS, *Chronicon belgicum*, Arras, 1616, p. 516.

(3) Cfr p. 79 et 96. Beeltsens étant par trop bref sur ce religieux, une des figures les plus représentatives de la chartreuse d'Hérinnes au XV[e] siècle, nous reproduisons intégralement, p. 193-200, la longue notice de Pédé, résumant et complétant les données de Dorlandus, Raissius, Bostius, Colins, etc. — Nous essayerons, dans notre *Histoire de la chartreuse de la Chapelle*, de caractériser la physionomie de Laurent Muschezele et d'apprécier l'influence qu'il exerça.

(4) Cfr p. 81-82.

(5) « Domum novae plantationis in Zeelandia prope Ziriczee ordini nostro incorporamus in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen, quam vocari volumus domus Montis Syon. Et D. Anthonium ibidem rectorem absolventes praeficimus domui dictae in priorem. » Charte du chapitre général de 1426, Ms. Bibl. royale, n. 3851, f. 132.

(6) « Ioannes de Wiese, alias de Blisia teneramundanus,... receptus ... circa annum 1431 ; anno 1434 successit in procuraturam huius domus D. Gerardo Naghel. » PÉDÉ, p. 33. — *Cart. II*, f. 124[v] : chirographe de « Broeder Jan van Wiese, die men seit van Dendermonde », prêtre et procureur de la chartreuse, 9 mai 1435. — Cfr MOLIN, *Historia cartusiana*, t. I, p. 147 et 262.

(7) Il est parmi les promus du 6 avril 1430 de la faculté des arts de l'univer-

circa annum Domini 1439 missus est per Capitulum generale tamquam prior ad domum Vallis Sancti Petri (1) quam domum propter guerras Franciae fere totam desertam iterum reparavit, ita quod cum quodam gyrovago primo eam inhabitavit. Postquam fuerat ibi per 5 circiter annos ad hanc domum rediit et hic mansit fere 2 annis. Et iterum illuc missus est ad instantiam
f. 32v. dominae / de Ghistelle dominae terrae illius et prior ibidem fuit et post mortem Landry doctoris theologiae prioris Gosnay qui fuerat visitator provinciae illius principalis (2), factus est ipse visitator primarius istius provinciae. Postea commutatio facta est (nescio quo instigante) et ipse positus est prior domus Gosnay et prior Gosnay Vallis Sancti Petri, et inde multa scandala dicuntur exorta. Post modicum iterum prior Vallis S. Petri factus est et prior Gosnay suae domui restitutus. Sed postea absolutus ab officio prioratus elegit domum Divionis ad manendum et ibi existens Reverendus Pater dominus Ioannes de Rosendael posuit eum priorem domus Siliginaci, ubi postea multis annis prior fuit, id est usque nunc et satis diu visitator principalis provinciae Burgundiae (3). Hic tamquam confirmator interfuit utrique electioni in domo Maioris Cartusiae de utroque Reverendo Patre domino Antonio (4).

Anno Domini 1440 vel circiter, obiit venerabilis pater dominus Arnoldus Campenioen, qui fuit primo professus domus Vallis Sancti Petri et illuc remissus per chartam Capituli generalis anno 26 (5), postea tamen huc reversus hic obiit. Qui fuit etiam

sité de Louvain : Joannis Nicolai de Dendermonda. Reusens, *Promotions de la faculté des arts*, dans les *Analectes pour servir à l'hist. eccl. de Belgique*, t. I, 1864, p. 399.

(1) « Priori domus Vallis S. Petri fit misericordia et praeficimus ibidem in priorem D. Ioannem procuratorem domus Capellae B. Mariae iuxta Angiam. » Charte de 1439, ms. Bibl. royale n. 3851, f. 159.

(2) Jean Landry d'Auffray, profès, puis prieur de Gosnay, prieur à Tournai en 1440-1442, puis à Dijon vers 1442, de nouveau à Gosnay en 1445. Il mourut dans cette maison le 17 octobre 1452. D. U. Berlière, *Monasticon belge*, t. I, p. 484.

(3) « Obiit in domo Siliginaci plenus dierum et honoribus omnibus solutus 14 augusti habuitque in carta Capituli generalis anni 1489 plenum cum psalteriis monachatum. » Pedé, p. 23. Pédé ajoute sa bibliographie, principalement d'après Petreius, *Bibliotheca cartusiana*, p. 218-219 ; elle comprend surtout des traités théologiques.

(4) D. Antoine Dellieux, élu en 1472, et D. Antoine du Charne, élu en 1481.

(5) « Priori domus Capellae non fit misericordia et D. Arnoldus Campengoen vadat ad domum Vallis S. Petri primae suae professionis. » Charte de 1426, ms.

quondam ut fertur vicarius. Vir devotus et humilis, usque ad decrepitam senectutem vivens ; qui scripsit hic multos pulchros libros : id est tres magnos antiphonarios qui sunt antiquiores modo in choro ; unum graduale, item breviarium preciosum prioris et etiam procuratoris ut puto, unum psalterium, unum diurnale, et alium parvum librum pro tempore diurno in eccle-
· 33· sia, et alia forte multa quae nos latent. / Obiit in die commemorationis S. Pauli apostoli (1).

Circa annum Domini 41 fuit hic receptus in monachum Ioannes de Aldenardo qui postea fuit sacrista huius domus fere 36 annis. De quo praeclara admodum Dorlandus (a) (2).

Circa annum Domini 1440 posita est domus monachorum in Gelria sub hac provincia, quae prius erat de provincia Rheni (3).

Anno 1441 obiit 7 kal. novembris dominus Gyselbertus de Lederdam monachus professus huius domus. Hic fuit multis annis in ordine ; stetit tamen aliquando in aliis domibus sed hic vicarius finivit. Hic scripsit partem aestivam homiliarii, qua nunc utimur, et unum antiphonarium in duobus voluminibus et alia multa. Puto quod iste fuerat iste Gysbertus qui annumeratur inter monachos huius domus anno 1390 et secundum hoc fuit plùs quam 50 annis in ordine (4).

Dominus Ioannes Haycruce primus monachus huius domus postea Sanctae Annae, obiit circa annum Domini 1442. Hic fuit

(a) Le renvoi à Dorlandus est ici introduit dans le texte par le copiste qui d'ordinaire le met en marge.

Bibl. royale 3851, f. 63$^{v}$. — *Nécr. A*, 30 juin : « ob. D. Arnoldi Campioen, monachi huius domus ». Il est possible qu'il ait fait profession dans les deux maisons.

(1) Son nom ne se trouve pas dans les listes des défunts de ces années, dans la copie des chartes du Chapitre de la Bibl. royale.

(2) Cfr p. 84-85 et 92. — DORLANDUS, *Chronicon cartusiense*, p. 445.

(3) La chartreuse d'Arnhem (domus B. Mariae in Gelria, domus Monachorum, Monnikhuizen) est de fait rangée parmi les maisons de la province du Rhin dans la charte de 1439, dans celle de Teutonie dans la charte de 1440 (ms. Bibl. Royale 3851) ; aucun texte formel concernant le transfert.

(4) Cfr p. 20. — « ... qui in cartis Capituli generalis annorum 1412 et 1429 fuit reprehensus, cum haberet plus quam 50 annos in ordine. » PÉDÉ, p. 11. — « Priori domus Capellae non fit misericordia et D. Gyselberto professo domus eiusdem imponimus perpetuum silentium, ne amplius infestet visitatores vel suum priorem de recessu ad aliam domum sub poena carceris. » charte de 1429, recueil cité, f. 77.

magister in ordine domini Laurentii Muschesele. In profesto nativitatis B. Virginis Mariae (1).

Dominus Henricus de Voorde, primo monachus huius domus, ultimo Sanctae Annae, obiit anno 34 (2).

Circa eundem annum vel parum post obiit dominus Theodoricus de Busco, monachus huius domus (3).

Dominus Gerardus de Scheydam, prior Silvae S. Martini obiit anno millesimo quadringentesimo quadragesimo secundo vel circa (4).

f. 33v Circa annum Domini 1443 vel 4 obiit venerabilis pater dominus Nicolaus cardinalis Sanctae Crucis monachus ordinis nostri, dudum prior Bononiae, doctor iuris : qui interfuit concilio Basileensi et fecit pacem inter Carolum regem Franciae et Philippum ducem Burgundiae. Hic in extremis existens non potuit induci ab Eugenio papa ut carnes comederet, unde sanctus reputatur (5).

Eugenius papa IV obiit anno 1446 vel circa. Sedit sexdecim annis (6).

Eodem anno obiit dominus Ioannes de Montegys, quondam prior huius domus de quo supra (7).

Adolphus dux Clivensis, qui habuit sororem Philippi ducis Burgundiae, qui et fundavit domum Wesaliae nostri ordinis obiit anno 1448 (8).

(1) Nommé plus haut « Ioannes de Alta Cruce » p. 21. — « Obiit 7 septembris 1442. » Pédé, p. 18.

(2) Cfr p. 52.

(3) « D. Theodoricus de Busco, monachus professus domus huius, missus fuerat Leodium et per cartam Capituli generalis anni 1416 ad hanc Capellae suae professionis domum remissus. Obiit 29 novembris 1438. » Pédé, p. 18. — Charte de 1416, recueil cité, f. 3.

(4) Gérard de Schiedam (Stredamius), profès de Liége, prieur à Amsterdam, au Gertruydenberg, à Bois-Saint-Martin (1419-1427), à Liége (1427-1434), une seconde fois à Bois-Saint-Martin (1434-1442), où il mourut en 1442. Ce fut un écrivain ascétique fécond. Cfr Petreius, *Bibliotheca cartusiana*, p. 105. — Le ms. 2159 de la Bibl. royale de Bruxelles, contient, f. 68-142 : *Sermones decem de decem praeceptis decalogi a quodam cartusiensi D. Gerardo de Schyedam professo domus Leodii*, transcrits à Hérinnes en 1433. On lui attribue à tort les traités : *Speculum subditorum, Speculum sacerdotum, Speculum saecularium et huius mundi amatorum* du ms. 2175 de la même bibliothèque. Ils sont du chartreux Jacques de Gruytroede, profès de la même maison de Liége (cfr p. 73).

(5) Nicolas Albergatti, mort à Sienne le 9 mai 1443. cfr p. 50, note (5).

(6) Il mourut en 1447.

(7) Cfr p. 50.

(8) Adolphe, premier duc de Clèves, et Marie de Bourgogne fondèrent en 1417

Dominus Ioannes Palomar (a), doctor utriusque iuris, ut puto archidiaconus Barcinonensis qui interfuit concilio Basileensi, de quo magister Ioannes Nyder scribit ; habuit tricennarium anno 1443 (1).

Anno 1449 obiit dominus Theodoricus Terlinc prior Antwerpiae visitator huius provinciae circiter 40 annis, de quo supra (2).

Eodem anno idibus iunii obiit D. Ioannes Petri de Delft, professus huius domus et quondam vicarius, nec non prior uno anno in Siericzee. Hic fuit notabilis clericus ante ingressum ordinis et multa contulit domui tam in libris quam in aliis. Puto
f. 34. quod erat sacerdos ante ingressum ordinis ; / in ordine vero valde religiose devote et humiliter se habuit (3).

Eodem anno quo obiit dominus Ioannes Petri et die fuit hic receptus ad osculum pacis dominus Arnoldus Kaerman, sed in die S. Petri ad vincula fuit vestitus. De quo postea latius dicetur (4).

Anno 1444 circa festum Conceptionis beatae Virginis Mariae circa finem prioratus domini Laurentii, fuit in hac domo receptus ad ordinem dominus Gaspar Van der Stoct de Lovanio, filius magistri Egidii Van der Stoct secretarii lovaniensis civitatis (5) ; qui erat magister artium ante ingressum ordinis promotus Lovanii in pedagogio porcensi ; qui religiose se gessit circiter 12 annis stans in hac domo. Cum autem domus Gratiae prope Bruxellas inchoaretur, illuc cum primis fratribus directus est, ubi fuit sacrista procurator et vicarius et mansit ibidem circa 23 annos(6). Postea anno 70 missus est iterum ad initiandam domum delfensem cum primis fratribus illuc directis et fuit procurator circiter 10 annis (7). Postea ibidem electus fuit in priorem

(a) Ms : Polemar.

la chartreuse de Wesel dans une île du Rhin ; détruite par les luthériens en 1588, cette maison fut définitivement abandonnée par l'ordre en 1621. LEFEBVRE, *S. Bruno et l'ordre des chartreux*, t. II, p. 336.

(1) Cfr TRITHÈME, *De scriptoribus ecclesiasticis*, Cologne, 1646, p. 296.

(2) Cfr p. 42.

(3) « D. Joannes Petri vel Peeters de Delft,... obiit hic anno 1449, 13 die junii. » PÉDÉ, p. 22.

(4) Cfr p. 83.

(5) *Nécr. A*, 8 juillet : « Ob. magistri Egidii Van der Stock lovaniensis qui contulit monasterio pro semel 100 florenos renenses. »

(6) Cfr p. 84.

(7) Cfr p. 87.

anno 80. Duobus annis ibidem prior fuit. Anno 82 electus est in priorem huius domus, quod officium usque hodie gerit (1).

Anno 1451 vel circa obiit dominus Amedeus 7 februarii dux Sabaudiae et cardinalis sabinensis (2).

Dominus Ioannes de Haricuria archiepiscopus narbonensis obiit circa annum 1452. Hic fundavit atque dotavit hic unam
f. 34v. cellam angularem et in domo tornacensi unam (3). / Hic fuit magnus amicus ordinis.

Anno 1451, obiit frater Guilielmus Poelgaest, clericus redditus huius domus, vir valde religiosus, qui multis annis tenuit silentium stricte (4).

Anno 1450 fuit annus gratiae sive iubilaeus Romae et anno sequenti concessa indulgentia plenaria a domino Nicolao papa V° ad instantiam Isabellae ducissae Burgundiae, uxoris Philippi ducis, et posita fuit Mechliniae, ubi maximus concursus fuit populi huius patriae (5).

Anno 1453 facta est guerra quae incepit anno 52 inter ducem Philippum et Gandenses, qui duo bella eo obtulerunt et perdiderunt. Primo anno huius guerrae occisus fuit in terra Wasiae filius dicti ducis dominus Cornelius bastardus, ac Bruxellae sepultus. Anno secundo perdito bello, Gandenses se subdiderunt duci Philippo et quae postulavit ei dederunt (6). Sub hac guerra Lessinia, Gerardimontes, Ninive, Herne et Galmard combusta sunt et alia innumera mala facta quae praetere (7).

(1) Aux Archives générales de la Haye, se trouve un acte du 19 sept. 1487 avec la mention de « Bruder Jaspar, prior domus Capellae B. Mariae » (communiqué par M. H. J. J. Scholtens, de La Haye).

(2) Quelque temps antipape sous le nom de Félix V.

(3) Jean-Louis de Harcourt, fils de Jacques de Harcourt de Montgomery et de Jeanne d'Enghien, évêque d'Amiens, puis de Tournai (Jean VI) en 1433 malgré l'opposition de Philippe le Bon, transféré pour cette cause à Narbonne (Louis I) en 1451, il passe enfin en 1460 au siège de Bayeux, en recevant en même temps le titre de patriarche de Jérusalem ; il mourut à Rouen en 1479. *Gallia Christiana*, loc. respect. — *Nécr. A*, 31 janvier : « Ob. domini archiepiscopi Narbonnensis, qui contulit nobis 60 lib. Hannoniae pro sustentatione unius monachi ». — « Fundationem (de la chartreuse de Tournai) auxit Joannes de Haricurtia, primo Ambianensis, dein Tornacensis episcopus, demum archiepiscopus Narbonnensis. » Ferreolus Locrius, *Chronicon belgicum*, p. 477-478.

(4) *Nécr. A.*, 10 août, où il est nommé Poelgheest, ainsi que par Pédé.

(5) Cfr P. Fredericq, *Corpus documentorum sacratissimarum indulgentiarum neerlandicarum*, La Haye, 1922, p. 80 et 119 ; les bulles ne mentionnent pas l'intervention de la duchesse.

(6) Bataille et paix de Gavre, 1453.

(7) Lessines, Grammont, Ninove, Hérinnes et Gammerages.

Circa idem tempus receptus fuit in hac domo Andreas de Tornaco et factus est monachus professus huius domus, qui modo est in domo Hollandiae (1).

Anno Domini 1453 obiit penultima maii frater Ioannes Campenhout conversus huius domus, vir religiosus. Iste ante ingressum ordinis fuit magister artium et uxoratus sed bigamus. Uxor eius facta est beghina ut puto (2).

f. 35. Anno 1454 in die Innocentium obiit dominus Egidius de Bapalmis monachus professus huius domus cognatus domini Ioannis de Attrebato qui eum recipit ut puto ad ordinem in quo vixit circiter 40 annis. Et tempore antiquo fuit procurator huius domus. Qui scripsit valde multos libros, praecipue parvos et aliquos magnos, de libris sancti Thomae et missale unum et gradualia tria et notulavit unum magnum antiphonarium et alia quae mihi iam non constant (3).

Post huius obitum fuit hic receptus ad ordinem dominus Ioannes Knibber de Angia qui fuerat capellanus in Hovis (4).

Anno 1455 fuit hic receptus ad ordinem dominus Egidius Hane cognatus domini Arnoldi Kaerman, qui ab anno 62 vel 63 usque nunc fuit procurator huius domus (5).

Eodem anno 1455 fuit dominus Hugo Bloot de Delft missus ad domum Montis Dei, ubi prior fuit circiter 2 annis (6).

Dominus Nicolaus papa V obiit eodem anno 25 martii postquam 8 annis circiter rexisset Ecclesiam. Hic fuit doctor sanc-

(1) Cfr p. 117-119; il y séjourna en 1486-1488.

(2) Son second mariage n'eût sans doute pas permis de le recevoir comme moine, les bigames ou veufs remariés étant exclus de la cléricature. — PÉDÉ, *Series conversorum*, p. 4.

(3) *Nécr. A*, 28 septembre. — Le ms. 3877 de la Bibl. royale de Bruxelles, *Narratio de initio ordinis cisterciensis* et *Collationes Cassiani*, porte f. 190 cette mention : « Per fr. Egidium de Bapalmis scriptus in domo Capellae... et finitus in profesto S. Augustini anno Domini 1439 sub fratre Laurentio ab Alosto priore. »

(4) Cfr p. 72. — *Matricule de l'université de Louvain*, édit. Reusens, 1903, p. 163 : Jo Knibber de Angia (1448).

(5) « Eligius de Haene,... receptus a D. Henrico de Loe anno 1455 sacerdos ordinatus Montibus Hannoniae anno 1456. Hic antequam reciperetur servierat nobis, forsan in aliqua directione temporalium, nam invenimus in manuali prioris de eo scriptum : Eligius modo monachus noster desideravit quod tempore professionis suae tribueretur conventui de mercede sua quam lucratus fuerat quando servivit nobis 40 solidos. Et sic fecit. Factus est ergo procurator huius domus circa annum 1462 et fuit ad obitum usque 22 februarii 1491. » PÉDÉ, p. 34. Cfr p. 92.

(6) Cfr p. 74-75.

tae theologiae et de familia domini Nicolai cardinalis ordinis nostri (1). Constantinopolis suo tempore capta est a Turcis ubi imperator Graecorum occisus est, ecclesiae et altaria destructa, sacerdotes occisi, virgines stupratae, etc.

f. 35v. Anno 1456 circa medium maii, ego frater Arnoldus Beeltsens de Tollenbeke intravi ordinem utinam toto corde et cum scriberem hoc chronicon fueram circiter 30 annis in ordine et fere 3 annis vicarius indignus et inutilis huius domus, anno 2º Callisti III, quando oratio Omnipotens etc., contra Turcas est iniuncta a Capitulo generali (2) (a).

Eodem anno circa nativitatem beatae Mariae Virginis initiata est domus Gratiae et primo inhabitata a fratribus ordinis nostri illuc missis (3) : quorum tres fuerunt de hac domo, scilicet dominus Gaspar modo prior noster de quo supra (4), et dominus Arnoldus Kaerman qui missus est illuc vicarius et dominus Henricus Loe prior noster constitutus est ibi rector, et tunc praedictus dominus Arnoldus est hic electus in priorem, cuius loco est illuc missus dominus Ioannes Balen et illic vicarius fuit aliquot annis.

Anno 57 obiit Ladislaus rex Hungariae, dux Austriae, etc.

Anno 1456 quoniam dominus Henricus Loe prior huius domus per licentiam prioris Maioris Cartusiae huic domui ablatus est et constitutus rector domus Bruxellae, tunc noviter inhabitatae, ideo conventus hic per electionem canonicam elegit dominum Arnoldum Kaerman qui fuerat ad domum Bruxellae missus tamquam vicarius, qui fuerat ab hoc conventu receptus in die dedicationis nostrae.

f. 36. Anno 1458 obiit Calixtus papa III. Sedit circiter 3 annis cui successit Pius papa II, qui fecit concilium principum christianorum Mantuae pro adiutorio contra Turcas.

Anno 1458 obiit magister Simon Vlecoton rector scholarum primo in Gerardimonte, secundo Angiae, in quibus locis sub eo

(a) Le copiste a écrit en marge, en face de ce paragraphe : Nota.

(1) Nicolas V (Thomas Parentucelli), 1447-1455, avait été secrétaire du cardinal chartreux Nicolas Albergatti avant d'être évêque de Bologne.

(2) Cfr p. 85 et 92.

(3) Chartreuse de Notre-Dame de Grâce, à Scheut lez-Bruxelles. On trouvera le récit de la fondation dans la notice de Pédé sur Henri de Loë, reproduite à l'appendice III, p. 202-204.

(4) Gaspar Van der Stock, cfr p. 85.

frequentavi, tertio Gandavi. Credo quod a Gandavo venerat in Gerardimontem et ibi apprehendit eum mortalis infirmitas et fecit se portare ad domum Silvae Sancti Martini ordinis nostri ubi et defunctus est tamquam donatus sicut instanter petiit. In eadem domo per multos annos antea fuerat novitius, sed non perseveravit tunc. Vir valde notabilis et idoneus. Hic contulit nobis tertiam partem bonorum suorum remanentium post completionem testamenti sui.

Anno 1459 obiit 4 idus februarii specialis amicus huius domus magister Egidius Ioes, architectus fabricae ecclesiae sanctae Gudilae Bruxellis, vir valde idoneus et devotus. Et fecit multa bona huic domui, tam in consiliis seu ordinantiis aedificiorum quam in auxiliis et ministrando multos lapides et frequenter mittendo pitancias sive pecunias per annum. Ipse fuit plus quam 40 annis amicus huius domus et iacet sepultus in novo vestiario ad latus altaris sub visione gregoriana quam ipse donavit, et etiam hostium sacristiae cum lapidibus et imaginibus. Et ultimo dedit 2 clitardos pro pitancia in die anniversarii sui ministranda (1).

f. 36v. Anno 1470 obiit in profesto Nativitatis beatae Mariae Virginis dominus Raso Wiel, alias Keyser de Alosto (a) (2), recep-

(a) Note en marge : Vide Dorlandum de eo.

(1) Gilles Van den Bossche, dit Joes, « maître de la maçonnerie de Sainte-Gudule », construisit également la chapelle de la chartreuse de Scheut ; son nom apparait dans les listes de magistrats de Bruxelles en 1424, 1440, 1442, 1444. Il mourut en 1460 (n. st.). HENNE et WAUTERS, *Histoire de la ville de Bruxelles*, t. III, 1845, p. 252. — J.-F. KIEKENS, *Recherches sur Maître Pierre Vander Heyden dit Pierre de Thimo*, 1896, p. 40. — H. VELGE, *La collégiale des Saints-Michel-et-Gudule*, 1927, p. 207. — *Nécr. A*, f. 33 : « Beneficia quae nobis contulit magister Egidius Ioes », en particulier énumération des œuvres d'art qu'il donna au monastère. L'intérêt de ce document nous le fait reproduire intégralement à l'appendice V : on y voit l'action sur l'iconographie des grands courants de dévotion du XV[e] siècle, dévotion au Christ souffrant et culte de certains saints ; cfr p. 227.

(2) DORLANDUS, *Chronicon cartusiense*, p. 443, n'ajoute à notre chronique que des développements oratoires. — RAISSIUS, *Auctarium ad Natales sanctorum Molani*, f. 184, copie Beeltsens et Dorlandus, avec cette rectification : « Animam exhalavit... anno Domini supra millesimum quadringentesimo quinquagesimo nono, non autem millesimo quadringentesimo septuagesimo ut quidam volunt : nam nonnulli legerunt LXX pro LIX, X pro I, qui facilis est error. » PÉDÉ adopte la date de 1459 comme Raissius qu'il reproduit ; il ajoute : « Scripsit unum missale in cuius prima pagina Ven. prior anno 1451 (Henri de Loë) depingi fecit imaginem crucifixi quae constitit 24 solidos. » (p. 24). — Cfr KIEKENS, *Deux chartreux d'Alost honorés dans leur ordre du titre de bienheureux*, dans les *Précis historiques*, 1873, p. 394-400. — *Acta Sanctorum*, 7 septembre, parmi les « praetermissi » : « Constat de virtutibus piissimi illius viri, sed minime de cultu. »

tus ad ordinem a domino Laurentio priore huius domus, a quo etiam plurimum fuit dilectus propter sanctitatem suam. Hic fuit sacerdos antequam intraret ordinem et habuit filiam quae postea facta est mater sororum in Syon iuxta Aldenardum. Ipse vero circiter 20 annis in ordine vivens, valde religiose se habuit et fuit vir multus devotus et timoratus. Et erat devotus beatae Mariae Virgini. Unde nobis qui adfuimus in eius obitu, videbatur quod aliquam visitationem vel consolationem ab ea acceperit, propter signum quoddam reverentiae quod fecit detegens caput suum. Hic fuit magister meus in ordine postquam primus magister meus dominus Ioannes Balen fuit missus ad domum Bruxellae noviter inhabitatam. Etiam fuit magister fratrum Anthonii Moens de Lovanio et Ioannis Gillaert de Sancto Audomaro, qui anno eodem quo ego fuerunt recepti, scilicet 56. Fratris vero Ioannis Moenens alias Kests qui fuit receptus ad ordinem anno 57 magister fuit dominus Laurentius tunc vicarius huius domus.

Anno 1640 in quadragesima obiit dominus Iacobus Ruebs (a) prior Gandavi visitator principalis huius provinciae post dominum Theodoricum Terlinc cum quo fuerat convisitator (1).

Eodem anno obiit rex Scotiae fundator Vallis Virtutis in Sco-
f. 37. tia (2). Et frater Ioannes Kests et ego sumus confecti / in sacerdotes in Gerardimonte, et etiam tunc primo ivit dominus Arnoldus prior huius in Carthusiam pro hac provincia et factus est convisitator et dominus Ioannes Versaeren electus est prior domus Gandavi cuius erat monachus professus. Sed ante hoc tempus fuerat prior Amstelredami et eodem anno factus est visitator principalis huius provinciae (3).

(a) Ms : Guebs.

(1) Jacques Rubs, prieur de Gand, covisiteur de 1431 à 1449, visiteur principal de 1449 à 1460, mort le 7 mars 1460.

(2) En 1460 mourut Jacques II Stuart, roi d'Écosse ; la chartreuse du Val-des-Vertus à Perth avait été fondée en 1430 par Jacques I, mort en 1437. Elle abrita les sépultures de la famille royale jusqu'à sa destruction par les hérétiques en 1558.

(3) D. Jean Versaeren, covisiteur en 1459 avec Jacques Rubs, devient en 1460 visiteur principal avec Arnold Kaerman comme covisiteur ; à la mort de Jean Versaeren, Arnold Kaerman devint visiteur principal jusqu'en 1481. — Un Jean Versaeren, dit de Gandavo, immatriculé à l'université de Louvain en 1435, licencié ès arts en 1439, enseigna à la faculté des arts de 1441 à 1446 et fut, cette dernière année, doyen trimestriel de la faculté. Reusens, *Documents relatifs à l'histoire de l'université de Louvain*, t. II, p. 275.

Anno 61 obiit rex Franciae Carolus VII, avus moderni Caroli, pater Ludovici nuper defuncti. Ipse tenuit regnum Franciae plus quam 40 annis. Circa eundem tempus obiit dominus Nicolaus Rolyn dominus de Herrys, magnus cancellarius Philippi ducis Burgundiae. Huius erat filius qui multis annis fuerat baillivus Hannoniae, adhuc hoc anno 86. Anno 63 obiit dominus Theodoricus de Moesa archiepiscopus Coloniensis.

Anno eodem 63 obiit Reverendus Pater dominus Franciscus prior Maioris Carthusiae, natione Cathalaunus et prior Cartusiae fuit circiter 30 annis, vir magnae scientiae et auctoritatis (1). Anno 62 obiit dominus Henricus quondam prior Monachorum.

Eodem anno dominus Arnoldus prior noster fecit collationem in Capitulo generali et dominus Guilielmus de Breda institutus est per Capitulum generale prior domus brugensis, ubi circiter tribus annis fuit prior et anno sexagesimo quinto tempore visitationis absolutus rediit ad hanc domum (2).

f. 37v. Circa annum 61 venit huc Richardus de Camberone et postea fuit donatus huius domus aliquot annis et postea factus est conversus huius domus usque modo (3).

Anno 1463 in festo S. Ioannis Baptistae obiit dominus Arnoldus Biels de Diest monachus professus huius domus, receptus ad ordinem a domino Ioanne de Attrebato, qui fuerat pridem procurator et sacrista huius domus. Iste circiter 40 annis in ordine fuit et scripsit multos libros, scilicet Speculum historiale quatuor voluminibus, Pantheologiam totam in uno volumine (4), concordantias maiores uno volumine, secundam secundae S. Thomae, Thomam super Isaiam, etc. (5).

Anno 1464 obiit Pius papa II, qui sedit circiter 6 annis, qui fuit natione senensis de cognatione S. Catharinae de Senis et

(1) D. François Maresme, originaire de Murviedro, profès de la chartreuse de Valence, prieur de Mont-Alègre, puis de la Grande-Chartreuse de 1437 à 1463.

(2) Guillaume Absel, cfr p. 68.

(3) Richard Pinant, cfr p. 113.

(4) *Pantheologia sive universa theologia ordine alphabetico*, du dominicain Renier de Pise ; cfr Quétif et Echard, *Scriptores ordinis Praedicatorum*, Paris, t. I, 1719, p. 635-636. La mention du volume unique est singulière, vu l'étendue de cette compilation. Un exemplaire en trois vol. in-fol. est conservé à la Bibl. royale de Bruxelles, ms. 1682 (inv. 108-110). La *Pantheologia* a été plusieurs fois imprimée, également en trois in-folio (avec des additions de Jean Nicolai).

(5) « D. Arnoldus Bielt de Diest,... circa annum 1423 receptus a D. Joanne de Attrebato... Obiit senior in hac domo 24 iunii 1463. » Pédé, p. 24.

ipsam canonizavit. In expeditione profecturus contra Turcas obiit. Cui successit Paulus II, natione venetus.

Anno Domini 1465, obiit dominus Gerardus de Breda (a) (1) monachus professus huius domus. Vir admodum parvae staturae sed magnae valde litteraturae. Conscripsit libros Hubertini et alia et valde multa copulata reliquit. Fuerat circiter 36 annis in ordine, receptus a domino Ioanne de Attrebato eodem anno quo obiit (2).

Hoc anno incepit bellum Franciae quod vulgariter dicitur Mons Hery; quando Carolus dux filius Philippi ducis Burgun-
f. 38. diae intravit Franciam, iuvante / comite S. Pauli Ludovico domino Angiae et bellum habuit in iulio cum Ludovico rege Franciae; et ista guerra duravit fere 12 annis, id est usque ad mortem eius; in quibus interpolatum tamen talis qualis pax fuit. Et eodem anno incepit guerra leodiensis quae etiam multis annis duravit, ita tamen quod interpolatum fieret quaedam pax, propter dominum Ludovicum Borbon qui a duce Burgundiae ibidem constitutus est episcopus, etc.

(a) Note en marge : De quo Bostius et alii.

(1) Voir en particulier SUTOR, *De vita cartusiana*, p. 601-602. — Bostius, Sutor, Dorlandus, Petreius,... le font mourir en 1470 par confusion avec Gérard Naghel, cfr p. 52, note (4).

(2) « D. Gerardus Haghen de Breda, dictus Parvus, receptus a D. Ioanne de Attrebato... anno 1429... Scripsit praeter alia multa Vitam D. N. Iesu Christi insigni rythmo, de Sacro quoque Sacramento altaris suaviter modulatus est, necnon et super Psalmo 67° qui incipit Exsurgat Deus et dissipentur inimici eius, nobilem edidit tractatum. Porro et alium conscripsit librum quem vocant (inquit Dorlandus) Beati misericordes. Quin et Ioannes Bunderius affirmat illum de religiosorum professione nonnulla esse commentatum, necnon et de septem horis canonicis quae manuscripta alibi adservari ait. Habemus in hac domo manuscriptum eius sive tractatum inscriptum Generali ordinis D. Francisco quem vocant Stabilitionem puerilem, in quo defendit ordinem cartusiensem contra illum rodentes. Obiit autem 17 aprilis 1465 ut vixerat. » PÉDÉ, p. 24, se basant surtout sur Sutor. — Le traité *Beati misericordes* est conservé dans les mss 2229 (inv. 4009) et 2230 (inv. 21852) de la Bibl. royale de Bruxelles ; c'est une compilation de textes de l'Écriture, des Pères et de quelques légendes concernant la miséricorde. Le ms. 2231 (inv. 9296) en contient une traduction française, faite pour Marguerite d'York, épouse du Téméraire, par son aumônier Nicolas Finet, chanoine de Cambrai ; c'est un luxueux manuscrit orné de lettrines et de bordures, avec deux très belles miniatures ; l'une d'elles a été publiée par H. VELGE, *La collégiale des Saints-Michel-et-Gudule*, Bruxelles, 1927, pl. IV. — A la Bibl. Mazarine de Paris, ms. 1097 (III, 4318), f. 206-223 : *Fr. Gerardi de Herines iuxta Angiam Regulae carthusiensis stabilitio puerilis*, longue réfutation scolastique de cette proposition : les chartreux ont des statuts, mais pas de règle.

Anno 1464 Mathias rex Hungariae fuit, qui hodie adhuc est (1), qui ordini nostro se devote commendat communiter, et multas victorias habuit contra Turcas et hereticos Bohemos ; ita quod fere omni anno in procinctu bellorum est tamquam fidelissimus propugnator Christianitatis.

Anno 1465 obiit in die Thomae apostoli dominus Arnoldus Helmon prior Antwerpiae, qui alias fuerat prior Silvae, vir vitae venerabilis. Iste visitavit pluribus vicibus hanc domum cum prioribus Gandavi qui fuerunt principales visitatores et prior huius domus tunc convisitator erat (2).

Anno 63 receptus fuit in hac domo frater Nicolaus Tans de Lovanio (3) et anno 64 receptus est hic frater Iudocus Bloy de Gerardimonte (4).

Anno Domini 67 obiit Philippus dux Burgundiae, comes Flandriae, Hannoniae, Hollandiae, Seelandiae, Artesiae, Namurci, dux
f. 38v. Limborch, dominus de Luxemborch, dux / Brabantiae, anno 18 incepti ducatus sui, occiso Ioanne patre eius ; multa mirabilia gessit in vita sua quae brevitatis causa pertranseo. Obiit 9 die iunii. Eodem anno successit ei in omnibus dominiis suis Carolus filius eius, qui acceperat uxorem primo filiam regis Franciae quae obiit sine liberis, secundo filiam ducis Borbon, filiam amitae suae, de qua genuit Mariam uxorem ducis Austriae Maximiliani. Tertia uxor Caroli fuit domina Margarita soror Eduardi regis Angliae, quae hucusque vivit. Iste Carolus multas guerras habuit contra Francos, Leodienses, Anglicos, Allemannos, a quibus tandem occisus est.

Anno 1469 obiit dominus Marcellus prior Moguntiae et de Porta Montis, visitator Rheni, saltem secundus ; vir magnus zela-

(1) Mathias Corvin, roi de Hongrie de 1458 à 1490.

(2) Arnold Helmon ou Van Helmont, prieur de Bois-Saint-Martin (1443-1449), puis d'Anvers, ne fut pas covisiteur, mais les visiteurs principaux Jacques Rubs et Jean Versaeren le prirent comme collègue pour la visite d'Hérinnes : les prieurs d'Hérinnes qui étaient covisiteurs, Henri de Loë (1449-1459) et Arnold Kaerman (1460-1465), ne pouvaient remplir cet office dans leur propre maison. Arnold Helmon mourut le 21 décembre 1465. Un autre chartreux du même nom, Arnold Vastaert, alias Helmon ou Van Helmont, mourut prieur d'Anvers et covisiteur de la province le 1 juin 1505. *Nécr. A*, 21 décembre et 1 juin. *Obituaire de la chartreuse de Cornillon*, f. 30, archives de l'État à Liége.

(3) Cfr p. 78.

(4) Confusion : Josse Boy n'était pas convers, mais seulement domestique ou « familiaris » de la chartreuse ; son frère Jean fut reçu comme convers ; cfr p. 73 et 75. L'orthographe Bloy ne se trouve qu'ici ; ailleurs ils sont nommés Boye, Boey,...

tor ordinis et universalis clericus. Ipse fuit missus eodem anno ad visitandam totam Italiam cum domino Antonio tunc priore Avenionensi et postea priore Cartusiae a Capitulo generali et in ipso opere obiit credo in domo prope Neapolim 1 octobris (1).

Anno eodem obiit dominus Alardus de Schoonhovia monachus professus huius domus, receptus a domino Ioanne de Attrebato per aliquot annis ante obitum eius. Iste fuit antea monachus ordinis cisterciensis, credo in Frisia et interfuit concilio constantiensi. Hic fuit plus quam 40 annis in ordine et magister novitiorum, vir valde scrupulosus. Obiit in die SS. Trinitatis (2).

f. 39. Anno 1470 obiit nobilis dominus Franco de Bursalia, comes de Oestrevant, qui fuit ultimus maritus dominae Iacobae comitissae Hannoniae, Hollandiae, etc. Iste fundavit pro magna parte domum ordinis nostri prope Delft, ac ditavit usque ad 8 millia rhenensium largiendo (3). Eodem anno inchoata est atque primo inhabitata praedicta domus Delft a fratribus ordinis nostri, quorum tres fuerunt professi huius domus, scilicet dominus Gas-

(1) D. Marcel Geist, prieur de Berne (Sta Paula de Porta-Montis) puis de Mayence, mort le 9 octobre 1469. L'autre visiteur était D. Antoine Dellieux, alors prieur d'Avignon, ensuite général de l'ordre.

(2) « Alardus de Schoonhovia, Hollandiae oppido,... ante ingressum ordinis monachus cisterciensis in Frisia et verisimiliter abbatiae apud Bolswert dictae Oldeklooster... Alardus hic, vel ut praedicti ordinis membrum vel a suo conventu delegatus interfuit concilio Constantiensi causa schismatis tollendi... Ante mortem fere annis duobus coepit aegrotari et laborare malo cruris ex quo verisimiliter est mortuus postquam fuisset plus quam 40 annis in ordine. Obiit autem in hac domo 28 maii 1469. » PÉDÉ, p. 25.

(3) La chartreuse de S. Barthélemy près de Delft fut fondée en 1470 par Francon de Borsele, comte d'Oostrevant, troisième époux de Jacqueline de Bavière ; le soin de la fondation avait été confié en 1469 aux prieurs de Gand et d'Hérinnes ; elle fut détruite par les calvinistes en 1569. — La famille zélandaise des Borsele eut d'autres relations avec les chartreux : Jacques Van Borsele, doyen de l'église d'Oostrevant, est cité comme bienfaiteur de la maison de Delft. *Necrologium van het Karthuizerklooster Nieuwlicht of Bloemendael buiten Utrecht*, édit. VAN HASSELT dans *Bijdragen en mededeelingen van Hist. Genootschap*, t. IX, 1886, p. 342.— Un Jacques Van Borsele fonda une cellule à Hérinnes. Dans le couloir d'entrée de l'ancien bâtiment des hôtes, le seul conservé de la chartreuse, on a encastré une dalle portant cette inscription en caractères gothiques :

Jacob heer van Brugdam Borsele enz. heeft doen
fonderen dese celle ende ghedoteert van drye
pont gr. eerfelyc om den broeder munnicke
op te leven. dies sal de broeder Jacobs
ghedincken in sijn ghebeden en weldat M. CCCC LXX.

Enfin un prieur d'Hérinnes appartint à cette famille ; cfr p. 75-76.

par tunc procurator domus Gratiae, dominus Ioannes Gillart de Anturio, dominus Andreas de Tornaco (1).

Anno 1471 in die 1 anni, obiit dominus Gerardus Naghel de Delft monachus professus et sacerdos huius domus qui fuerat ante ingressum ordinis sacerdos saecularis, honeste satis litteratus, receptus ad ordinem a domino Ioanne de Attrebato circa finem vitae eius. Hic fuerat dudum vicarius, procurator et etiam prior huius domus ut supra visum est (2). Iste fuit vir sanctus, zelosus valde et scrupulosus, rigorosus in observantiis ordinis tam ad se quam erga alios, et plus quam 40 annis stetit laudabiliter in ordine, et circa finem vitae suae fuit fere totus caecus ita quod pluribus annis ante mortem non celebraverit, sed cum baculo palpando venit ad ecclesiam vel ducebatur ab aliquo fratrum. Solus communiter erat in cella ne ei aliquid ministerii fieret ab aliquo fratrum.

Eodem anno obiit in die S. Dominici dominus Guilielmus Absel monachus professus et sacerdos huius domus (a) receptus
f.39v. / ad ordinem a domino Ioanne de Attrebato, sed professionem fecit sub domino Ioanne de Montegys. Stetit circiter 40 annis in ordine, sed ante obitum suum fuit per tres annos prior brugensis (3). Inde huc regressus post 5 vel 6 annos hic defunctus est, Hic fuit vir magnae scientiae et egregius librorum ligator atque operarius in aere et lignis (4).

Eodem anno obiit dominus Paulus papa II, 26 iulii, qui sedit circiter 7 annis ; cui successit dominus Sixtus IV, circiter 13 annis, doctor S. Theologiae, de ordine fratrum minorum.

Eodem anno 27 decembris obiit domina Isabella ducissa Bur-

(a) Note en marge : De quo Dorlandus et alii.

(1) Cfr p. 58, 79 et 118.

(2) Cfr p. 52.

(3) DORLANDUS, *Chronicon cartusiense*, p. 445, en fait à tort un prieur d'Hérinnes.

(4) PÉDÉ, p. 25, reproduit intégralement le long article de BOSTIUS, *De praecipuis aliquot carthusianae familiae patribus*, p. 48-50 ; on y trouve la longue série des œuvres de G. Absel, en prose et en vers ; la bibliographie donnée par Bostius est de même reproduite par PETREIUS, *Bibliotheca cartusiana*, p. 115-117. — F.-V. GOETHALS, *Lectures relatives à l'histoire des sciences, des arts... en Belgique*, t. I, p. 23-24, s'inspire aussi de Bostius. Il veut de plus voir en G. Absel « le plus ancien graveur de l'école flamande ; il gravait, selon les mémoires de son ordre non seulement sur cuivre, mais encore sur bois ». C'est forcer le texte de Beeltsens : on trouvera plus loin, surtout dans les notices rédigées par Ammonius, de nombreux exemples de religieux fabriquant de petits objets en bois ou en métal ; voir p. ex. p. 120, 122.

gundiae uxor domini Philippi, quae primo sepulta fuit in domo ordinis nostri virorum in Gosnay, qui per annum quotidie unam missam cantatam fecerunt (1). Haec fuit filia regis Portugalliae. Sed circa annum 73 tam corpus eius quam corpus viri sui Philippi translata sunt Divionem a duce Carolo filio eorum. Philippus fuit primo Brugis sepultus, et sic translata corpora eorum reposita sunt in monasterio ordinis nostri ibidem cum proceribus suis (2).

Eodem anno dominus Ioannes Versaeren prior Gandavi visitator huius provinciae circiter 11 annis qui fuerat baccalaureus theologiae et etiam prior Amstelredami, magnus selator ordinis, obiit in die S. Michaelis (3).

Anno eodem circa festum Omnium Sanctorum, vestitus fuit Godefridus de Tolene, magister artium, qui huc usque vivit professus sacerdos (4).

f. 40. Anno 1472 obiit dominus Amedeus dux Sabaudiae, 1a aprilis. Eodem anno obiit Carolus dux Aquitaniae, frater Ludovici regis Franciae.

Anno 72, 23 februarii obiit dominus Arnoldus dux Gelriae, qui multis annis fuerat captus a proprio filio, sed Carolus dux fecit eum extrahi (5). Postea non diu supervixit et filius eius captus

(1) La mère de Charles le Téméraire fut l'une des principales bienfaitrices de la chartreuse de Gosnay, où elle fonda deux cellules. LEFEBVRE, *La chartreuse de Notre-Dame des Prés à Neuville sous Montreuil-sur-Mer*, p. 487. Elle fonda également, de 1458 à 1567, cinq cellules à la chartreuse de Scheut ; vers la même époque, une lettre du prieur d'Anvers lui accorde des faveurs spirituelles en reconnaissance d'un don de 2000 ridder d'or pour la fondation de deux cellules en sa maison. WALLIUS, *Collectaneum rerum gestarum et eventuum cartusiae bruxellensis*, Bibl. royale de Bruxelles, ms. 3859, t. I, f. 84-85. Le texte s'en trouve dans l'*Obituaire de la chartr. d'Anvers*, p. 127 : «Littera spiritualium beneficiorum concessa dominae nostrae ducissae Burgundiae » (1449) (Arch. de l'État à Anvers chartr. de Lierre, n. 22).

(2) A la chartreuse de Champmol, près de Dijon ; cfr p. 41, note (5).

(3) Cfr p. 63.

(4) Cfr p. 89, note (5).

(5) Après plusieurs années de guerre, Arnold de Gueldre fut enlevé par son fils Adolphe au château de Gavre en 1465 et demeura six ans prisonnier au château de Buren ; le célèbre chartreux Denis de Ryckel (Denis le Chartreux) avait en vain essayé de faire cesser cette guerre scandaleuse ; cfr la lettre qu'il écrivit dans DORLANDUS, *Chronicon cartusiense*, p. 414-416 ou TROMBY, *Storia critico-cronologica del patriarca S. Brunone*, t. VIII, appendice, p. ccli-cclii. Délivré par Charles le Téméraire en 1472, Arnold mourut trois mois plus tard en léguant ses états au bourguignon. Adolphe de Gueldre fut tiré de sa prison de Courtrai par les Gantois en 1477 et mis à la tête de leurs troupes, mais il tomba dans un raid contre Tournai la même année.

est a duce Carolo. Eodem anno quo Carolus occisus est in Lotharingia, mansit ipse ante Tornacum cum exercitu Flandrensium quorum capitaneus erat, scilicet anno 77 circa festum S. Ioannis, ubi multi Brugenses manserunt et Gandenses et alii tempore refugerunt.

Circa idem tempus obiit dominus Henricus de Pyro, doctor ordinis nostri qui fuerat prior in multis domibus, sed obiit Coloniae vicarius ubi erat ut puto professus (1).

Anno Domini 1472 obiit Reverendus Pater prior Maioris Carthusiae in die Sanctae Annae, dictus de Noviomago sive Rosendael, qui fuerat prius prior de Castris, vir valde pius et mansuetus (2). Eodem anno obiit dominus Hermannus Appelten, prior Coloniae, visitator provinciae Rheni, vir magnae famae et zelator ordinis (3).

Anno eodem obiit circa festum S. Brixii frater Ioannes dona-
f. 40v. tus noster, antiquus portarius noster, hic a nativitate / dictus erat Bartholomaeus, sed quia hoc nomen grande putabatur ad exprimendum, dominus Ioannes de Attrebato qui eum recepit ad ordinem vocavit eum Ioannem et sic est deinceps usualiter vocatus. Puto quod fuerit quasi 50 annis in ordine, vir valde

(1) Henri de Piro (Von der Birnbaum, van den Peereboom), de Cologne, eut d'abord une carrière académique bien remplie. Il commence ses études juridiques à l'université de Cologne en 1421 ; en 1425, on le trouve à l'université de Bologne appliqué aux mêmes études. De 1428 à 1431, il enseigne le droit civil à Louvain ; il y écrit un commentaire des Institutes, imprimé plus tard à Louvain par Gilles van Heerstraeten. Recteur trimestriel en 1429, il est chargé d'élaborer un projet de statuts pour l'Alma Mater. En 1431, il renonce à l'enseignement et devient chanoine et écolâtre de Saint-Paul à Liége, mais, dès 1432, nous le trouvons recteur semestriel de l'université de Cologne et official du prévôt de cette ville. En 1435, l'université de Cologne le déléguait au Concile de Bâle, mais il entrait la même année à la chartreuse de sa ville natale. Cfr pour cette première période de sa vie REUSENS, *Documents relatifs à l'hist. de l'université de Louvain*, t. II, 1903, p. 184-186, avec renvoi aux sources.—Presque toute la vie d'Henri de Piro dans l'ordre se passa dans le gouvernement. Vicaire à Cologne dès 1437, il est prieur à Tournai vers 1438. En 1442, il est prieur à Diest, d'où on l'envoie à Utrecht, où il ne peut aller. Il gouverne ensuite les maisons de Liége (1445-1447), de Wesel (1447-1454), de Rethel et de Trèves. Il obtint alors d'être délivré de toute charge et vint mourir à Cologne le 19 février 1473. Un de ses opuscules *Quomodo fratres se habeant in visitationibus*, se trouve à la Bibl. royale de Bruxelles, ms. n. 2197 (inv. 578-590), f. 89-98.

(2) Jean Zeewn van Rosendael, originaire de Nimègue, prieur de la Grande-Chartreuse de 1463 à 1472.

(3) Hermann Appeldorn, selon PETREIUS, *Bibliotheca cartusiana*, p. 141-142. — *Nécr. A*, 17 septembre.

religiosus et aedificativus. Circa finem vitae suae fuit quasi totus caecus.

Anno 73 obiit 7 martii dominus Nicolaus Herlam prior Antwerpiae, vir valde religiosus qui fuerat dudum primus procurator domus Bruxellae, postea prior Traiecti. Ipse obiit existens convisitator huius provinciae (1). Ab anno 71 usque ad annum 81 dominus Arnoldus prior huius domus fuit visitator principalis huius provinciae, scilicet post mortem domini Ioannis Versaeren cum quo fuerat convisitator (2).

Anno 73 obiit dominus Henricus Borre, monachus professus domus Traiecti, qui fuerat dudum hic hospes et habuit monachatum in hac domo (4). Eodem anno dominus Ioannes Militis cum quo steteram Lovanii in paedagogio, professus erat domus Antwerpiae.

Anno 72 obiit domina de Steenhout, benefactrix huius domus, sepulta in choro S. Ursulae in die Reliquiarum (3).

Anno Domini 1473 in die S. Christophori, obiit dominus Godefridus de Ronse, conversus noster qui habitaverat fere 60 annis in hac domo, receptus ad ordinem a domino Ioanne de Attre-
f. 41. bato circa initium prioratus eius / et deinceps usque ad decrepitam senectutem honeste et laudabiliter conversatus. Hic multis annis administrationem huius domus in exterioribus et temporalibus habuit, ita quod procurator parum habebat agere. Circa ultimam aetatem parum faciebat, sed solum visitabat ecclesiam (4).

(1) Nicolas Vitz, alias Herlam, appelé aussi Nicolas Gerardi de Harlem ; profès de la maison d'Anvers, procureur à Scheut lors de la fondation de la maison (1456), élu ensuite prieur à Utrecht où il reste deux ans, chargé ensuite d'administrer comme procureur les biens de la Grande-Chartreuse dans le Brabant, il fut enfin prieur d'Anvers et covisiteur. WALLIUS, *Collectaneum rerum gestarum et eventuum cartusiae bruxellensis*, Bibl. royale de Bruxelles, ms. n. 3859, t. I, f. 14 et $86^v$.

(2) *Nécr. A*, 2 avril. — « D. Henricus Bor ultraiectensis senior, professus istius domus, obiit 2 aprilis, qui fuit multis annis vicarius et vixit in ordine 44 annis. » WALLIUS, *op. cit.*, t. I, f. $86^v$.

(3) *Nécr. B*, f. 224 : « Pro Yolanda de Steenhaut, similiter dicetur (missa de spiritu Sancto) quae diu vixit in humanis. »

(4) « F. Godefridus Hautbiert de Ronse, conversus professus huius domus circa annum 1423... Obiit 25 iulii 1473. » PÉDÉ, *Series conversorum*, p. 4. — Il n'est cité que dans quelques actes, sous le nom de Brueder Goedenart Houbiert : 1439 (*Cart. II*, f. $110^v$-111, $111^v$-112, 113-$113^v$), 1440 (*id.* f. $110^r$ $110^v$), 1460 (*id.*, f. 136-$136^v$). En 1455, le prieur Henri de Loë le chargea de surveiller la construction de la nouvelle chartreuse de Scheut, PÉDÉ, p. 20 (cfr appendice III, p. 203).

Anno eodem obiit in octobri in die Fidei virginis dominus Cornelius de Pascuis de Bruxella filius magistri Rogerii de Pascuis egregii illius pictoris. Iste fuit hic monachus professus circiter 24 annis. Ante ingressum ordinis fuerat magister artium promotus Lovanii in Porco. Hic iuvenis obiit circiter 48 annorum et ex parte eius domus haec a patre et matre ipsius habuit plus quam 400 coronas (1).

Anno eodem 9 kalendas novembris obiit dominus Ioannes Knibber de Angia qui ante ingressum ordinis fuerat sacerdos saecularis cappellanus in Hovis. Vir valde honestae vitae et devotarius (2). Hic iuvenis obiit nondum quinquagenarius, postquam fuerat circiter 18 annis in ordine. Contulit etiam monasterio bona aliqua. Ambo isti fratres hic immediate praescripti fuerunt recepti ad ordinem a domino Henrico de Loe priore huius domus.

Anno eodem venerabilis pater prior Monachorum institutus est convisitator huius provinciae cum domino Arnoldo priore huius domus qui fuit tunc principalis visitator. Ipse prior fuit
f. 41v. baccalaureus formatus in Falcone antequam intraret ordinem (3).

Anno 1472 domus Delft fuit ordini incorporata et domus Buscoducensis fuit circa idem tempus etiam incorporata, sed diu

(1) Corneille Van der Weyden, fils du célèbre peintre Roger Van der Weyden. Ce passage de notre chronique est cité et utilisé par A. PINCHART, *Roger de la Pasture dit Roger Van der Weyden*, dans *Bulletin de la Comm. royale d'art et d'archéol.*, t. VI, 1867, p. 457-461 ; on y trouvera la référence aux mentions de Corneille Van der Weyden dans les archives civiles et dans celles de l'université de Louvain ; celle de sa promotion n'a pas été retrouvée. — *Nécr. A*, f. 33 : « Beneficia Rogerii de Pascua », que nous reproduisons à l'appendice V, p. 228.

(2) Cfr p. 60, note (4). — « D. Ioannes Knibber... Hic est qui tempore noviciatus sui de aliqua re consuluit D. Carlerium decanum cameracensem ; cuius responsum exstat in eius Sporta fragmentorum. Doctus erat ille vir, quod videre est ex pulcherrima epistola missa fratri suo D. Nicasio Knibber religioso Viridis Vallis facto pastori ad S. Trudonem prope Brugas, cuius copia est in libro manuscripto bibliothecae prioris in hac domo B. signato. Reprehensus autem fuit in carta Capituli nostri generalis anno 1463 his verbis : Scripturis incultis D. Ioannis Knibber monacho dictae domus, prior Gandavi respondebit ad partem in visitatione dictae domus quae de proximo est visitanda. Obiit... 24 octobris 1473. » PÉDÉ, p. 27. — La *Sporta fragmentorum* de Charlier se trouve en manuscrit à la Mazarine de Paris n. 1009 (II, 1337), autographe, et à la Bibl. royale de Bruxelles n. 2642 (inv. 11524-49), elle fut imprimée à Bruxelles en 1478 par les Frères de la Vie commune, cfr HAIN, n. 4513. — La lettre de Knibber à son frère Nicaise, longue instruction spirituelle sur les devoirs des pasteurs, se trouve à la Mazarine, ms. n. 1097 (III, 4318), f. 224-234 ; le fond en est très solide, mais la forme réellement inculte.

(3) D. Gérard Spronck de Harlem, cfr p. 86, note (2).

fuerat inchoata ; quae primo fuerat sub provincia Rheni, sed postea posita est sub hac provincia (1).

Anno 1473 per Capitulum generale vocata est haec provincia provincia Teutoniae, ad instantiam priorum provinciae huius, quae prius per 60 annos vocata est provincia Picardiae remotioris (2).

Eodem anno obiit dominus Iacobus de Gruytroede in quadragesima, prior domus Leodii, qui fuerat pridem prior domus Zeelandiae (3).

Anno eodem fr. Ioannes Boye conversus huius domus ipso die Gordiani et Epimachi obiit. A iuventute hic mutus circiter 14 annis hic habitavit, receptus a domino Arnoldo, cuius erat cognatus secundum carnem. Fuit bonus filius, humilis, mansuetus et obediens. Qui incidit in magnam infirmitatem ; quippe a domina Margareta ducissa Burgundiae vocatus, est adductus Gandavum ut a suo medico ibidem curaretur. Sed decumbens apud carmelitas Gandavi ibidem defunctus est atque sepultus (4).

Anno 73 recepti sunt ad statum monachi duo iuvenes a domino Arnoldo priore huius domus, videlicet Franciscus Welle de Biervliet in die S. Matthaei ; hic fuerat licenciatus in artibus in Lilio (5) et fr. Ioannes Alst qui fuit receptus circa festum S. Luciae (6), qui ambo hodie sacerdotes vivunt.

f. 42. Anno eodem 1472 (a) circa initium octobris, fuit primo hic domina Margareta ducissa Burgundiae, uxor ducis Caroli, quae

(a) Le copiste met en marge un signe pour attirer l'attention.

(1) La chartreuse de Sainte-Sophie de Constantinople, à Vucht près de Bois-le-Duc, fut fondée en 1466, mais ne fut incorporée à l'ordre qu'en 1472 ; détruite par les protestants en 1580, elle fut définitivement abandonnée par l'ordre en 1629. Ce qui restait de ses biens servit alors à doter la seconde fondation d'Anvers, transférée à Lierre. — Pour la maison de Delft, cfr p. 67.

(2) Beeltsens donne p. 44, la date de 1474 qui semble plus exacte. — « Certis et honestis respectibus et ad magnam instantiam priorum Picardiae remotioris, ordinamus quod provincia Picardiae remotioris amodo nominetur provincia Teutoniae. » Charte de 1474, citée par SCHWENGEL, *Propago sacri ordinis carthusiensis*, British Museum, ms. additional nº 17085-96, t. II, p. 145.

(3) D. Jacques de Gruytroede, profès de Liége, prieur à Liége en 1440-1445, puis à Ziriczee, de nouveau à Liége en 1447-1475 ; après un gouvernement de 33 années, il y mourut le 12 février 1475. Ce fut un grand contemplatif et un écrivain ascétique fécond, cfr p. 57, note (4). Cfr PETREIUS, *Bibliotheca cartusiana*, p. 149-150. — M. VERJANS, O. F. M. *Jacobus van Gruytroede, Karthuyser*, dans *Ons geestelijk erf*, t. V, 1931, p. 435-469.

(4) Cfr p. 66, note (4), et p. 193-200.

(5) Cfr p: 114-115.

(6) Jean Etterbeeck, d'Alost ; cfr p. 109.

fuit soror Eduardi regis Angliae ; haec a tempore illo et deinceps fecit domui huic multa bona in ornamentis et aliis : dedit enim nobis duo magna ornamenta pro summo altari, scilicet unum aureum rubeum et unum album cum attinentiis suis. Item decem blavia ornamenta pro decem vel novem altaribus privatis ; et multa in altari B. Mariae Virginis et circa imaginem ipsius. Insuper acquisivit nobis anno 74 litteram amortizationis omnium bonorum nostrorum quae tunc possidebamus, quae nondum erat amortizata, pro quibus magnam summam pecuniarum oportuisset nos dedisse pro redemptione. Et interdum vina et alia nobis misit. Et de exactionibus din nos custodivit (1).

Anno 1474 in die Marcellini et Petri obiit venerabilis pater dominus Arnoldus de Monte Sanctae Gertrudis (a), monachus professus et sacerdos huius domus, receptus ad ordinem a domino Ioanne de Attrebatc circa finem vitae eius, qui fuerat vicarius hic tempore prioratus domini Gerardi Naghel et domini Laurentii et nescio an etiam ante. Postea ab eodem D. Laurentio procurator est institutus, quod officium laudabiliter exercuit fere per 24 annos tempore domini Laurentii et tempore prioratus domini Henrici Loe et domini Arnoldi. Eius tempore absolutus a dicto officio, fuit in cella circiter 11 annis et magister novitio-
f. 42v. rum. Hic fuit vir / valde mansuetus et pius et valde dilectus ab omnibus intus et foris (2). Ipse et dominus Gerardus Naghel, dominus Gerardus de Breda, dominus Guilielmus Apsel fuerunt recepti a domino Ioanne de Attrebato circa finem vitae eius, et puto quod fuerint pariter novitii.

Anno eodem obiit dominus Hugo Bloot de Delft (b), monachus professus huius domus, grandaevus qui fuerat circiter 30 annis in ordine, receptus a domino Laurentio. Iste ante ingressum ordinis nostri fuerat benedictinus in Egmunda et ibidem prior.

(a) Note en marge : Vide Dorlandum de eo.
(a) Note en marge : De quo vide Dorlandum.

(1) Cfr p. 120, et surtout, à l'appendice III, dans la notice sur Laurent Muschezeele, les relations de la duchesse avec ce religieux. — *Nécr. A*, f. 65v : « Beneficia illustrissimae dominae Margaretae de Yorke ducissae Burgundiae » ; nous reproduisons cette notice à l'appendice V, p. 213-232.

(2) « D. Arnoldus Pouwels de Monte Sanctae Gertrudis... De hoc insignissimo viro scribimus sequentia ex Raissio ad 2 iunii et ex Dorlando f. 455 : Capellae dormitio venerandi Arnoldi a Gertrudiberga,... vicarius anno 1437, ... procurator, tandem ab illo officio circa annum 1461... obiit autem 2 iunii 1474. » Pédé, p. 27. — Dorlandus, *Chronicon cartusiense*, p. 446.

Postquam fuerat aliquot annis in ordine, factus est prior domus Montis Dei duobus annis unde rediit huc. Et circa finem vitae suae fere inutilis fuit (1).

Eodem anno 74 obiit in octobri dominus Iacobus Honter de Delft, primo monachus professus huius domus, postea domus monialium S. Annae ubi etiam obiit. Hic tempore novitiatus sui exiit pro rebus suis temporalibus disponendis et postea iterum per annum integrum fuit novitius. Credo quod dominus Gerardus Naghel receperit eum ad ordinem (2).

Ante illud tempus obiit in hac domo quidam saecularis noster dudum familiaris dictus Iudocus Boye, qui regressus de Francia infirmus post modicum defunctus est apud nos in Cathedra S. Petri. Hic fuit frater praedicti fratris Ioannis Boye conversi nostri (3).

Anno 74 fuerunt hic duo ad novitiatum recepti, scilicet ma-
f. 43. gister Nicolaus Oroy, rector scholarum in Angia, vir / valde notabilis in tribus linguis, qui duobus mensibus fuit hic novitius sed non perseveravit ; et Ioannes de Bruxella dictus de Oors, qui nunc usque vivens in ordine est diaconus (4).

Anno Domini 1475 fuit hic receptus ad ordinem D. Iacobus de Bursalia qui fuerat magister artium ante ingressum ordinis et rexerat scholas saltem ut submonitor. Qui circa obitum patrum nostrorum (5) factus est hic vicarius et postea electus in priorem. Postea iterum fuit vicarius. De hinc missus est ad S. Annam ubi usque hodie manet (6).

(1) « D. Hugo Bloot delphensis,... per cartam Capituli nostri generalis 1455 institutus est prior domus Montis Dei, quod fuit tantum 2 annis, nam anno 1457 huc rediit... Hic Hugo tam ardens erat paupertatis amator ut vix sellam, vix operculum, vix aliquem brevem supellectilem visus sit possidere... Ante mortem per decem annos vixit caecus... Quievit in pace 11 septembris 1474. Eius proximi fuerunt domus nostrae benefactores. » Pédé, p. 28. — Dorlandus, *op. cit.*, p. 466. — Raissius, ***Ad natales sanctorum Belgii Molani auctarium***, f. 190.

(2) « D. Iacobus de Heutere delphensis,... circa annum 1448 hinc missus ad domum monialium nostrarum prope Brugas, nescitur ad quod officium, sed carta 1454 articulo Brugis habet sequens : Et D. Iacobus de Heutere, professus domus Capellae, per ordinem dudum missus ad domum Brugis, pro laudabilibus suis laboribus sex annis peractis, habeat optionem ibidem profitendi vel ad domum professionis suae redeundi. Elegit primum ut videtur ex carta 1475... Obiit 22 octobris 1474. » Pédé, p. 28.

(3) Cfr p. 66, note (4) et 73.

(4) Cfr p. 123-125.

(5) Entre la mort d'Henri de Loë et celle d'Arnold Kaerman ; cfr note suivante.

(6) « D. Iacobus de Bursalia vel de Borsele zelandus, receptus a D. Arnoldo

Anno eodem 75 in profesto S. Augustini obiit dominus Ioannes Theodorici de Delft (a), monachus professus et sacerdos huius domus circiter 40 annis. Ante ingressum ordinis fuit magister artium Coloniae et rexerat scholas. Receptus ut puto ad ordinem a domino Gerardo Naghel. Post ingressum ordinis valde religiose est conversatus, in magna simplicitate, parcitate et rigorositate ordinis. Valde parum loquebatur alicui, quia impeditioris linguae fuit. Diligens in scribendis et ligandis libris fuit. Potens in abstinentiis et vigiliis. Vir bonae famae et bene dilectus ab omnibus propter probatam eius conversationem (1).

Eodem anno in die 11 mille Virginum obiit dominus Ioannes Balen, monachus professus huius domus, receptus ad ordinem a domino Laurentio priore. Ante ingressum ordinis fuit magister artium in Porco, bene versatus, promotus cum domino Arnoldo postea hic priore sub quo obiit. Post ingressum ordinis ita laudabiliter se habuit quod factus est prior Amsterdamis f. 43v. fere 6 annis. Inde huc reversus cum domus Bruxellensis / esset initiata, illuc missus est vicarius et idem post aliquot annos electus est in priorem domus Selem prope Diest ubi fuit circiter 10 annis prior. Exinde absolutus quia podagricus coepit esse, ad hanc domum rediit, ubi laudabiliter vitam finivit. Hic fuit vir vàlde dulcis et modestus, morigeratus, mansuetus, religiosus et bene ab omnibus dilectus. Ipse fuit primus magister meus in ordine fere per 5 menses, antequam mitteretur Bruxellas (2).

(a) Note en marge : De quo praeclara admodum Dorlandus.

Kaerman et professus anno sequenti 1475 in die S. Ioannis Baptistae.... Hic testamento ante professionem facto reliquit huic domui pecunias et varias hereditates in Borsele quas sub annuo censu dedimus avunculo eius, more istius temporis. D. Arnoldus prior fere constitutus in agone, mortuo D. Henrico de Loe vicario, hunc initio februarii 1481 vicarium huius domus instituit. Defuncto autem praedicto Arnoldo priore, 12 februarii hoc anno 1481,... electus... prior fuit, quod officium uno tantum anno cum 4 mensibus exercuit, nam per cartam anni sequentis 1482 absolutus, factus est iterum huius domus vicarius, sed pro brevi tempore, nam antequam uno anno in hoc officium absolvisset, missus fuit ad domum monialium nostrarum prope Brugas, ubi mansit usque ad annum 1494, quo anno iterum ad hanc domum suae professionis venit factus tertio vicarius, in quo officio obiit 15 augusti 1499. » PÉDÉ, p. 39. Cfr p. 67.

(1) PÉDÉ, p. 29 et RAISSIUS, *Ad natales sanctorum Belgii Molani auctarium*, f. 147, utilisant DORLANDUS, *Chronicon cartusiense*, p. 447-449. Ces ménologes font un long éloge de son austérité, de sa piété et surtout de son esprit de silence ; mais Pédé relevait déjà qu'ils omettent la mention faite par Beeltsens de son défaut de langue.

(2) « D. Ioannes Delidius dictus Balen,... 1448 creatus prior domus Portus

Anno eodem 75 qui fuit iubileus, habuimus in ordine plenariam indulgentiam a domino Sixto papa IV. Tunc circa finem anni in adventu obiit dominus Ludovicus de Luxembourch, comes S. Pauli, dominus terrae angiensis; qui fuit dominus huius terrae post obitum domini Petri patris sui circiter 42 annis (1). Hic fuit valde magnus apud regem Franciae et apud ducem Burgundiae et multa adversa quandoque hinc inde sustinuit et in multis bellis fuit, quia dominia sua partim sub rege Franciae erant, partim sub duce Burgundiae. Et quoniam nemo potest duobus dominis servire etc., ideo interdum utramque indignationem habuit, ita quod dominia sua confiscabantur. Novissime, iussu Caroli ducis Burgundiae tentus est ac traditus in manus Ludovici regis Franciae, qui eum fecit Parisiis decollari publice; et propter secundum eius matrimonium permisit eum sepeliri ibidem apud minores. De prima uxore quae fuit de Ghistella habuit filios quatuor, scilicet Ioannem primogenitum, Petrum, Antonium, Carolum et tres filias. De secundo matrimonio in
f. 44. quo habuerat / uxorem sororem reginae Franciae et domini de Remont etc., de qua genuit Ludovicum qui modo iuvenis est et potens est apud regem Franciae et unam filiam. Iste ergo dominus Ludovicus qui Parisiis mansit semper fuit magnus amicus huius domus et misit nobis multas pecunias, unde factae sunt vitreae fenestrae. Obiit 14 kalendas ianuarii.

Anno domini 1476 circa festum S. Ioannis Baptistae obiit dominus Ioannes de Marle, primogenitus praedicti domini Ludovici, occisus ab Allemannis in bello circa Lausannum, ubi cum Carolo duce Burgundiae erat in exercitu (2). Iste necdum venerat ad plenam possessionem omnium dominiorum patris sui, quia dominus Carolus ea in manu tenebat post obitum patris eius. Iste defunctus est innuptus nec filios aliquando habuit. Hic nobis valde gratiosus semper fuit. Circa idem tempus multi

Salutis prope Amstelodamum. Anno autem 1454 domum reversus factus est magister novitiorum,... vicarius in Scheut secundus,... circa festum B. Mariae Magdalenae a conventualibus in Zeelhem electus est illorum prior anno 1459, ubi prior fuit fere per decem annos quo tempore multas eleemosynas contulit domui Scheutensi... Vitam finivit 21 octobris 1475. » PÉDÉ, p. 31.

(1) Cfr p. 3 et à l'appendice III la notice de Pédé sur Laurent Muschezeele pour les rapports de ce religieux avec Louis de Luxembourg. — Pour toute l'histoire des difficultés de Louis de Luxembourg, comte de Saint-Pol, avec le Téméraire et Louis XI, voir MATTHIEU, *Hist. de la ville d'Enghien*, t. I, pp. 111-118.

(2) Bataille de Morat.

nobiles istarum terrarum manserunt occisi in diversis bellis ab Allemannis, scilicet filius balivi Hannoniae ut puto, primus filius Clivensis, primus filius de Bergis et alii multi nobiles et ignobiles.

Anno 76 receptus fuit a domino Arnoldo priore in hac domo in festo S. Catharinae virginis et martyris Livinus Zoeten de Gandavo, qui hodie vivit hic monachus et sacerdos (1).

Anno 1477 circa Epiphaniam obiit dominus Carolus dux Burgundiae occisus in Lotharingia in bello ante Nancy a duce / f. 44v. Lotharingiae et a Suedis et Francis contra quos pugnans uno anno tria bella perdidit, et multa bona et multa millia armatorum, quae omnia longum esset enarrare. Hic fere decem annis post patrem suum principatum tenuit, et fere omni anno vel contra Francos, aut Anglos, aut Teutonicos, aut Suedos in expeditione aut procinctu bellorum fuit. Ultima uxor eius domina Margareta soror Eduardi regis Angliae, de qua non habuit liberos, semper nobis benefica fuit propter bonum odorem patrum nostrorum, D. Laurentii vicarii et D. Henrici vicarii et D. Arnoldi prioris.

Anno eodem 77 in festo S. Anthonii obiit D. Nicolaus Tants de Lovanio, qui fuerat magister artium et rexerat scholas in diversis locis ante ingressum, receptus ad ordinem a domino Arnoldo priore circa annum 63, et circiter 16 annis fuit hic monachus. Contigit vero ut in die obitus avunculi sui domini Gerardi de Breda celebraret primam missam suam (2).

Hoc eodem anno recepti sunt ad ordinem in hac domo a domino Arnoldo priore Ioannes Douwaten in die S. Vincentii martyris, qui non perseveravit hic, sed postea in Ziriczee receptus ibidem monachus hodie permanet ; et Ioannes Pauli de Delft in die Conversionis S. Pauli, qui hodie hic monachus et sacerdos vivit et ligator librorum et faber aerarius et carpentarius, etc. (3) et Michael de Cassileto in die Cathedrae S. Petri qui hodie hic vivit monachus et sacerdos et est bonus librorum scriptor (4).

f. 45. Anno 77 occiso duce Carolo in bello, facta est turbatio magna, nam rex Franciae Ludovicus invasit Picardiam et Arthesiam, Flandriam et Hannoniam et utramque Burgundiam, et multa

(1) Cfr p. 125-128.
(2) Il la célébra le mercredi après Pâques 1464. PÉDÉ, p. 30.
(3) Cfr p. 119-121.
(4) Cfr p. 142-145.

ex his obtinuit, quaedam vastata postea dereliquit. Et fuit in his partibus in villis et et civitatibus magna dissensio, quia populares sive omnis populus surrexerunt contra iudices suos sive officiales fere ubique, id est contra ballivos, scabinos, villicos, etc., et ex eis occiderunt et captivaverunt. Eo anno occisus fuit Gandavi dominus Guilielmus Salant, magnus cancellarius ducis Burgundiae Caroli, et dominus de Hericourt et dominus de Melle, prius decanus gandensis.

Anno eodem domina Maria filia ducis Caroli recepta fuit in dominam a Concilio et Statibus istarum patriarum Gandavi, ubi multa ordinata fuerunt et dominus Petrus de Luxembourch fuit restitutus ad omnia dominia patris sui et matris suae quae erant in his terris et etiam terrae angiensis. Eodem anno descendit filius imperatoris Frederici, dux Austriae Maximilianus, de Allemannia et venit usque Gandavum, ubi accepit uxorem dominam Mariam filiam ducis Caroli circa festum Assumptionis B. Mariae Virginis de qua infra 10 menses postea habuit filium qui hodie vivit scilicet Philippum. Et post adhuc annum cum dimidio filiam quae hodie vivit et est regina Franciae (1). Iste Maximilianus guerram contra regem Franciae prosecutus est.

f. 45v. Hoc ipso anno frater noster dominus Ioannes de Autmaro, cum esset vicarius in domo Delft, missus est per cartam Capituli ad domum Ziriczee ubi circiter sex annis fuit prior, id est usque ad mortem (2).

Anno eodem, in profesto S. Barbarae Virginis obiit D. Laurentius de Muscheseele de Aelst, qui fuerat rector scholarum in Aelst. Vir bonae vitae et famae, et bonus clericus licet grammaticus. Receptus hic ad ordinem a domino Ioanne Montegys priore huius domus circa annum 32 vel 3. Qui valde rigorose et religiose se in ordine habuit et devote, ita quod postquam fuerat circiter 4 annis hic monachus factus est prior huius domus circiter 8 annis ; sed propter infirmitatem ut putabatur incurabilem absolutus a dicto officio, postea fere 33 annis vicarius huius domus fuit, in quo officio obiit, vir bonae vitae et famae (3).

(1) Détail inexact : le mariage ne s'accomplit pas. Cfr p. 85, note (5).

(2) « D. Ioannes Gilliaerts de Sancto Audomaro, receptus a D. Henrico de Loe... anno 1456, professus autem sub D. Arnoldo Kaerman anno 1457. Magistrum novitiorum habuit D. Rasonem Wiel alostanum. Anno 1470 tres monachi ex hac domo fuerunt missi ad initiandam novam donum Delphi,... factusque est in ea vicarius ; anno autem 1477 ex vicario istius per cartam Capituli nostri generalis prior factus est domus Ziriczee, in quo officio ad obitum usque perseveravit, qui in illa domo accidit 15 novembris 1483. » PÉDÉ, p. 32.

(3) Cfr p. 53-54, et appendice III, p. 193-200.

Anno 1478 dux Clarenciae in Anglia occisus est, qui fuit frater dominae Margaretae ducissae Burgundiae (1). Eodem anno rex Franciae obtinuit Condatum ac vastavit et armata de Tornaco manu fecit multa mala in terris istis. Tunc dux Maximilianus cum fortissimo exercitu intravit Franciam, sed illo anno nihil fecit. Sequenti anno iterum cum exercitu intravit Franciam bina vice, prima vice expugnavit et vicit bellum de Blangys (2), quamvis cum maximo damno bonorum et hominum ; in secunda vice parum fecit, quia rex Franciae eum venientem iterum prudenter avertit.

f. 46. Anno 78 fuerunt in hac domo recepti ad ordinem duo conversi scilicet frater Hugo donatus noster in die Epiphaniae (3) et Absalon de Biervliet in die S. Antonii (4).

Anno eodem 78 fuerunt hic recepti ad ordinem duo sacerdotes saeculares et primus eorum dominus Iacobus Fabri de Gandavo fuit vestitus in die Conversionis S. Pauli, qui et hodie vivit (5) ; secundus vero dominus Ioannes Lelloe fuit vestitus in Purificatione beatae Mariae Virginis qui etiam hodie vivit, oriundus de prope Nivellam.

Anno domini 1480 obiit reverendus pater dominus Ioannes de Burgundia, episcopus cameracensis, qui et fuerat circiter 40 annis. Cui successit in episcopatum cameracensem magister Henricus de Bergis, doctor utriusque iuris, dictus pronotarius. Hic primo anno sui episcopatus in die S. Martini fuit hic et comedit in refectorio, et dominus Arnoldus prior noster adiuvit eum reformare claustrum de Gilengien et alia monasteria suae diocesis visitare, qui dedit circiter 10 coronas et propinavit nobis vinum (6).

(1) Georges Plantagenet, duc de Clarence (1449-1478) ; fils de Richard d'York et frère d'Édouard IV, il fut condamné à mort et exécuté à Londres après ses révoltes contre son frère.

(2) Guinegate, 7 août 1479.

(3) Hugues de Steenberghe ; cfr p. 125.

(4) Absalon de Crayenwerven de Biervliet ; cfr p. 115-117.

(5) Cfr 145-147.

(6) « Vocatus autem D. Arnoldus visitator ad electionem novi prioris D. Henrici de Duvelant in domo Antwerpiae, inde in festo S. Luciae 13 decembris domum infirmus rediit, sed zelum Dei habens, tam in itinere quam hic sollicitavit episcopum pro manutenentia reformationis monialium, praecipue illarum de Gislenghien, cuius ipse fuerat primordialis et principalis promotor. » PÉDÉ, p. 32.— En dehors de nos deux textes cartusiens, nous n'avons rencontré aucune mention de l'intervention du prieur d'Herinnes dans la réforme de Gislenghien. Dom U. BERLIÈRE, *Monasticon belge*, t. I, p. 320-321 : « Catherine d'Enghien

Anno 81 obiit circa Epiphaniam magister Nicolaus de Falconisse, doctor in medicina, socius quondam magistri Henrici Loe tam in promotione quam in porcensi fundatione et gubernatione pedagogii (1). Iste fuit archidiaconus antwerpiensis et canonicus beatae Mariae cameracensis. Hic acquisivit nobis indultum apostolicum pro ordinationibus suscipiendis a proximo episcopo a Nicolao papa V (2).

f. 46v. Anno eodem circa festum S. Agathae obiit venerabilis pater noster dominus Henricus Loe vicarius huius domus (a). / Hic ante ingressum ordinis fuit baccalaureus formatus in theologia Lovannii, vir magnae scientiae et famae et bonae vitae, natione lovaniensis. Qui in prima formali promotione dictae universitatis fuit primus (b) (3). Et fundavit pedagogium porcense cum socio M.

(a) Note en marge : De quo vide Dorlandum, Bostium et alios.

(b) La copie de la Bibl. publique de Mons ajoute en marge : anno 1428.

abbesse en 1472... En 1480, grâce au zèle de l'évêque de Cambrai, elle fit appel à deux cisterciennes de l'abbaye de Beaupré près de Grammont pour introduire la réforme à Gislenghien... En 1482, elle avait obtenu du chapitre général des chartreux des lettres de fraternité... Le 15 juin 1491, Henri de Berghe, évêque de Cambrai, demanda à l'abbé de Cambron par lettre datée d'Anvers, le moine Corneille pour prendre la direction de Gislenghien. »

(1) Nicolas Lamberti ou Lambrechts de Valkenisse, du diocèse d'Utrecht, licencié ès arts à l'université de Louvain en 1429, enseigna à la faculté des arts jusqu'en 1439 ; il était en même temps copropriétaire et corégent de la pédagogie du Porc avec Henri de Loë. En 1439, il obtint de passer à la faculté de médecine. Il fut deux fois recteur trimestriel de l'université en 1435 et en 1440. En 1447, il était chanoine de Cambrai ; plus tard il fut chanoine de Notre-Dame d'Anvers et archidiacre de cette ville, ainsi que collecteur de la chambre apostolique. REUSENS, *Documents relatifs à l'histoire de l'université de Louvain*, t. II, p. 273 et t. IV, p. 79 et 97.

(2) Malines, archives de l'archevêché, fonds de la chartreuse de Bois-Saint-Martin : copie vidimée par l'official de Cambrai, 21 mars 1449, d'une bulle de Nicolas V aux chartreux d'Hérinnes et Bois-Saint-Martin, leur permettant de se faire ordonner par n'importe quel évêque, même hors du diocèse de Cambrai, et de loger alors dans les « hospitia saecularia », le tout pour éviter le surcroît de dépenses qu'occasionne la pratique suivie jusqu'alors. Rome, 4 mai 1448. L'original est remis à Hérinnes. A la copie sont jointes la notification de la bulle à l'évêque de Cambrai par le prieur de Bois-Saint-Martin et la ratification par l'évêque Jean de Boulogne. Ce vidimus a été transcrit dans le *Cartulaire de la chartreuse de Bois-Saint-Martin* (archives de l'État à Gand), f. 11r-12r.

(3) REUSENS, *Doc. rel. à l'hist. de l'université de Louvain*, t. IV, p. 77, semble nier qu'Henri de Loë ait jamais été *primus* de la faculté des arts ; mais dans son étude antérieure (à laquelle il renvoie), *Promotions de la faculté des arts à l'université de Louvain*, dans les *Anal. pour servir à l'hist. eccl. de Belgique*, t. I, 1864, p. 393-397, il établit seulement qu'Henri de Loë ne fit point partie de la promotion de 1428, puisqu'il était déjà régent de la faculté en octobre 1428 et que pour la promotion de mars ou avril, les *Actes* de la faculté ne nous ont pas conservé

Nicolao Falconisse et diu rexit et fuit ethicus. Et si voluisset ibidem manere, fertur quod ipse fuisset curatus S. Petri, sed divina inspiratione praeventus, intravit ordinem nostrum in hac domo receptus a domino Laurentio tunc hic priore circa annum 41 vel 2, ut puto in die Assumptionis beatae Mariae Virginis (1). Fere per totum annum novitiatus sui fuit infirmus. Hic post professionem suam factus est vicarius huius domus. Demum absoluto domino Laurentio electus est in priorem huius domus quod officium laudabiliter gessit et fuit convisitator provinciae circiter 8 annis (2). Sed anno 56 fundata domo Bruxellensi quam ipse iuverat erigi, procuratum est a Reverendo Patri, ipso forte nesciente, quod hic absolutus ibidem in rectorem institutus fuit, et ibidem rector et prior fuit circiter 19 annis. Post haec, auxilio domini Arnoldi prioris huius domus, impetravit a Capitulo generali misericordiam et sic ad domum hanc reversus est, matrem suae primae professionis, anno 75 et anno 77 mortuo domino Laurentio vicario domus huius, factus est hic iterum vicarius plus quam tribus annis, id est usque ad obitum suum. Erat tunc annorum circiter 75. Hic fuit multus pius, mansuetus, ducis et zelosus. In magno fervore et humilitate obiit (3).

f. 47. Anno 1480 obiit circa festum S. Andreae dominus Ioannes de Monte, prior Antwerpiae, adhuc iuvenis, cui successit dominus Henricus qui modo est convisitator huius provinciae (4).

les noms des promus ; la place de premier qu'y aurait obtenue Henri de Loë ne nous est attestée que par d'anciennes traditions recueillies par Valère André, notre chroniqueur et d'autres auteurs. Reusens ne considère pas les traditions cartusiennes, qui sont unanimes sur ce point.

(1) « Postquam fuisset magnificus universitatis rector ex regentia paedagogii sui e regione Porci Silvestis, secutus exemplum Henrici de Piro professoris in iure lovaniensis, migravit prope Angiam in ordinem Carthusiae. » MOLANUS, *Historiae lovaniensium*, édit. de Ram, coll. de Chroniques belges inédites, t. I, p. 591. Henri de Piro était entré à la Chartreuse de Cologne en 1435 ; cfr p. 70.

(2) Il fut covisiteur de 1449 à 1459, selon le tableau dressé par Wallius et publié par RAISSIUS, *Origines cartusiarum Belgii* après la p. 148.

(3) Sur Henri de Loë ou de Loen, voir la notice de Pédé, reproduite à l'appendice III. — DORLANDUS, *Chronicon cartusiense*, p. 432, que répètent Petreius, Tromby, Raissius, Bostius. — DE RAM, *Notice sur le vénérable Henri de Loen, chartreux, ancien professeur et recteur de l'université de Louvain*, dans l'*Annuaire de l'univ. de Louvain*, 1865, p. 343-349 et dans *Hagiographie nationale*, t. II, p. 100-106. — GOETHALS, *Lectures pour servir à l'hist. des sciences, des lettres,... en Belgique*, t. II, p. 78-81. — REUSENS, *Doc. relatifs à l'histoire de l'univ. de Louvain*, t. II, p. 262-262 et IV, p. 77.

(4) Henri de Duveland, prieur d'Anvers en 1840, covisiteur de 1484 à 1488, mort en 1497.

Anno 1481, 13 die februarii, obiit venerabilis pater noster dominus Arnoldus Kaerman (1) (a), prior huius domus ac visitator principalis huius provinciae Teutoniae; principalis quidem 10 annis et convisitator 11 annis. Hic ergo dominus Arnoldus ante ingressum ordinis fuit magister artium promotus Lovanii in pedagogio porcensi et rexerat scholas in Gerardimonte. Post haec aliquot annis sacerdos saecularis fuerat et capellanus S. Georgii, vir maturus et severus, castus, bonae famae et magnae reverentiae in populo ibidem. Postea anno 49 intravit ordinem receptus in hac domo et vestitus in festo S. Petri ad vincula a domino Henrico priore huius domus, qui etiam fuerat eius magister in pedagogio. Ingressus ergo ordinem magnum specimen religionis ostendit, fervens spiritu, devotus ac zelosus. Postquam circiter 7 annis in ordine steterat laudabiliter, initiata est domus Bruxellae ad quam primus vicarius missus fuit, sed cum ibidem auctoritate Capituli generalis dominus Henricus prior huius domus in rectorem est constitutus, praedictus dominus Arnoldus canonica electione mediante, factus est prior huius domus, anno 56 circa initium octobris. Id officium administravit usque ad diem
f. 47v. obitus sui. Homo valde idoneus et industrius / tam in spiritualibus quam in temporalibus. Vir magnae famae et experientiae religionis et reputationis, tam in ordine nostro quam in saeculo. Sub cuius regimine haec domus multum erecta est, tam in aedificiis quam in redditibus usque ad 25 lib. grossorum perpetuorum reddituum (2). Tandem confectus senio anno aetatis suae 68 circiter, postquam in ordine fuit circiter 32 annis, cum bona fide, spe et charitate et vivacitate sensuum usque ad ultimum, dum, sumptis ecclesiasticis sacramentis, e misso clamore magno expiravit, anno et die quo supra.

Eodem anno, 16 fere diebus ante mortem suam, induerat et receperat ad ordinem magistrum Carolum de Gandavo, promotum Lovanii in Falcone, cuius avunculus fuit magister Egidius de Platea. Iste dominus Carolus hodie vivit sacerdos in ordine (3).

(a) En marge : Vide Dorlandum de eo.

(1) DORLANDUS, *Chronicon cartusiense*, p. 453-455.

(2) Sur ses ressources, voir p. 37, dons de Gilles Joes ; p. 231-232, dons de Marguerite d'York ; p. 72, note (1), dons de Roger Van der Weyden, avec les textes détaillés à l'appendice V.

(3) D. Charles Serraes. Cfr p. 207-209, sa notice par Pédé. Il fut vicaire à Hérinnes, prieur à Valenciennes, élu le 30 juillet 1500 comme prieur à Hérinnes

Anno eodem 81 in festo Valentini obiit Reverendus Pater dominus Antonius qui fuerat antea prior Avenionis, vir magnae scientiae et famae, cui successit alter Antonius in prioratu Maioris Cartusiae, qui fuerat procurator ibidem (1).

Anno 81, defuncto domino Arnoldo, electus est in priorem huius domus dominus Iacobus deBursalia monachus huius domus, quem idem dominus Arnoldus ordinaverat vicarium huius domus in agone suo, quia dominus Henricus vicarius ante modicum obierat. Tunc etiam absolvit dominum de Audenardo ab officio
f. 48. sacristae quia tunc / infirmus erat usque ad mortem et tunc instituit sacristam dominum Ioannem Moennens alias de Keste qui usque hodie illud officium exercet (2).

Ad electionem nostram praedictam venerunt prior Monachorum qui tunc erat visitator principalis provinciae, cum priore Traiecti quem secum adduxerat. Igitur dominus Iacobus bonus clericus qui antea fere 6 annis in ordine religiose fuerat conversatus, uno anno et circiter 4 mensibus fuit prior huius domus. Et ipse dominus Iacobus importune per medium visitatorum obtinuit a Capitulo generali misericordiam et absolutionem anno 82.

Anno igitur praedicto 82 absoluto priore huius domus, visitatores huius provinciae, scilicet prior Monachorum et prior Gandavi tunc convisitator (3) venerunt huc tamquam confirmatores novae electionis futurae sicut scriptum erat in charta Capituli, et electus fuit tunc in priorem domus huius dominus Iaspar professus huius domus, qui tunc erat prior in Delft, vir multum ex-

après Jean Etterbeek. En 1514, il célébra le second centenaire de la fondation de la chartreuse, mais se trouva peu après en face de difficultés considérables par suite des taxes de guerre levées par Charles-Quint. Le 28 janvier 1531, il célébra son jubilé de 50 ans de vie religieuse et fut absous de sa charge en 1532 par suite de sa cécité. Il mourut le 4 janvier 1541. Voir p. 115-117 l'épisode de l'exhumation du convers propriétaire et p. 153-156, celui de la visite de la duchesse de Vendôme.

(1) D. Antoine Dellieux (1472-1481) fut remplacé en 1481 par D. Antoine du Charne (1481-1494). Celui-ci obtint miséricorde en 1494 et mourut en 1511. LEFEBVRE, *S. Bruno et l'ordre des chartreux*, t. II, p. 69-73.

(2) « D. Ioannes Moennens de Kester,... receptus anno 1457 a D. Henrico Loe priore anno ultimo sui prioratus in hac domo... Magistrum vitae spiritualis habuit in noviciatu D. Laurentium Muscheseelium. Factus est huius domus sacrista in februario 1481, in quo officio obiit 18 novembris 1499. » PÉDÉ, p. 39-40.

(3) Gérard Spronck, prieur d'Arnhem (Domus Monachorum) et Simon Van der Schueren (de Horreo), prieur de Gand.

pertus et pius, ac dulcis, qui nunc usque hic est prior. Nam anno 80 domino Simone de Horreo pro tunc priore in Delft vocato per electionem ad prioratum domus prope Gandavum, dominus Iaspar dictus electus est in priorem Delft ubi fuit prior circiter 2 annis usque ad annum hic supra expressum quo huc rediit (1).

f. 48v. Post istam electionem statim dictus dominus Iacobus / absolutus iterum institutus est in vicarium huius domus, quia dominus Ioannes de Aldenardo qui tunc erat vicarius nimia importunitate fecit se absolvi a visitatoribus, sed antequam annum integrum exegerat in officio vicarii, praedictus dominus Iacobus per visitatores missus est ad domum Sanctae Annae monialium, cui successit in officio vicarii frater Arnoldus Tollenbeke, monachus professus huius domus qui pro tunc erat corrector et cantor chori qui nunc usque est (2).

Anno 81 ivit ad Capitulum primo dominus Simon praefatus prior Gandavi et factus est tunc convisitator huius provinciae cum priore Monachorum (3).

Eodem anno coepit ista magna caristia in his terris quae duravit circiter 2 annis : ita quod modius bladii interdum vendebatur libra grossorum vel amplius et cetera victualia erant valde cara (4).

Anno 1482 in quadragesima obiit Brugis domina Maria filia ducis Caroli, uxor ducis Austriae Maximiliani filii imperatoris, atque ibidem sepulta. Anno eodem facta est pax circa finem anni inter regem Franciae et istas patrias. Et istae patriae tradiderunt ei filiam praedicti ducis et ducissae anno sequenti pro filio suo, qui modo est rex Franciae, ut esset uxor eius, quae erat circiter triennis et est modo regina Franciae (5).

(1) Gaspar Van der Stock, cfr p. 58 et p. 59, note (1).

(2) Arnold Beeltsens de Thollembeek, l'auteur de cette chronique, cfr p. 92.

(3) Simon Van der Schuren (de Horreo), profès et prieur de Gand, covisiteur en 1481 avec Gérard Spronck, visiteur principal en 1484-1491 avec Henri de Duveland, puis Gaspar Van der Stock, covisiteur en 1492-1497 avec Arnold Hukelen, de nouveau visiteur principal en 1493-1497 avec Arnold Hukelen comme covisiteur. Il mourut le 21 mars 1497.

(4) Cfr Fr. Vinchant, *Annales de la province et du comté de Hainaut*, édition complète, Mons, t. V, 1852, p. 37.

(5) En exécution du traité d'Arras de 1482, Marguerite, fille de Maximilien, avait été promise en mariage au dauphin et envoyée à la cour de France. Mais le mariage ne s'accomplit pas : le futur Charles VIII épousa Anne de Bretagne et Marguerite fut renvoyée à son père ; la guerre faillit en être la suite (traité de Senlis, 1493).

f. 49. Anno 1483 exclusus fuit dictus dominus Maximilianus dux Austriae a regimine patriarum istarum per concilium generale istarum patriarum et fuit ei facta assignatio sive dos unde viveret, quod ille non diu aequanimiter ferens statim post acquisivit dominium Brabantiae, Hannoniae, Hollandiae, Seelandiae, Namurci. Flandria autem ei resistit fere 2 annis, in quibus filium eius Philippum fecerunt ei dominum et comitem. Eodem anno fuit concilium patriarum in Lovanio, propter quod alii fuerant capti, alii occisi, aliqui fugerunt ex non faventibus eidem principi. Inter fugientes fuerunt dominus Ludovicus de Kestergate et dominus Augustus de Borhoven de Lovanio.

Anno 1484, altera Epiphaniae, obiit dominus Ioannes Blac monachus huius domus, de Angia oriundus ; ante ingressum ordinis fuit notabilis, homo magister artium, trium linguarum gnarus, receptus ad ordinem a domino Ioanne Montegys circa annum 33 et fuit plus quam 50 annis in ordine (1).

Anno 48, circa festum beati Benedicti, obiit venerabilis pater prior Monachorum, visitator principalis huius provinciae, dominus Gerardus Herlam (2), qui fuit ante ingressum ordinis baccalaureus formatus in sacra theologia et regens in Falcone, qui antequam 3 annis plene fuisset in ordine, factus est prior Monachorum, vir magnae scientiae, famae et religionis. Ipso defuncto
f. 49v. suus convisitator, scilicet dominus Simon / de Horreo prior Gandavi (3), factus est principalis visitator huius provinciae Teutoniae, cum convisitatore priore Antwerpiae domino Henrico de Duveland.

Anno 83 obiit Eduardus rex Angliae (4), frater ducissae nos-

(1) « D. Ioannes de Blanc, alias Ernouls, angiensis,... receptus a D. Ioanne de Montignies... anno 1433... Ob. 7 januarii 1484. » PÉDÉ, p. 32.

(2) Gérard Spronck, de Harlem, immatriculé à l'université de Louvain en 1434, y enseigna comme régent à la faculté des arts de 1440 à 1448 ; doyen de la faculté en 1447, il fut recteur semestriel de l'université en 1450. MOLANUS, *Historiae Lovaniensium*, édit. De Ram, t. I, p. 473 ; REUSENS, *Documents relatifs à l'histoire de l'université de Louvain*, t. II, 1903, p. 257. Nous ignorons à quelle date il entra chez les chartreux. Profès et prieur de la maison d'Arnhem (Monnikhuizen), il fut covisiteur de Teutonie en 1473-1481, puis visiteur principal jusqu'à sa mort, survenue à Utrecht le 1 avril 1484. *Syllabus Ven. PP. Visitatorum Provinciae Flandro-Belgicae*, dans RAISSIUS, *Origines cartusiarum Belgii*, tableau à la page 148.

(3) Simon Van der Schueren, cfr p. 85, note (3).

(4) Edouard IV (1461-1483), dont la sœur Marguerite d'Yorck avait épousé Charles le Téméraire. Son fils Edouard V ne règna que quelques mois, ayant été

trae, circa festum Paschae, qui ante mortem suam filium suum fecerat ungi in regem, sed non diu fuit, quia patruus fuit postea rex aliquantulum. Eodem anno circa septembrem obiit Ludovicus rex Franciae pater moderni Caroli, qui fuit circiter 22 annis rex Franciae (1).

Anno 84 ante Adventum dux Austriae Maximilianus acquisivit Dendermundam et anno sequenti in profesto Epiphaniae Aldenardum. Tunc dominus de Romont dominus de Angia erat principalis capitaneus Flandrensium (2) et rex Franciae misit magnam armatam in auxilium Flandrensium sed Gandenses suos principales ceperunt et occiderunt et Franci recesserunt et etiam dominus de Romont evasit. Et dux Austriae obtinuit dominium totius Flandriæ et Gandavi et filium suum eduxit de Gandavo et Gandenses plus sunt depressi quam ante erant elevati (3).

Anno 84 circa finem fuit maii hic receptus ac indutus a domino Iaspare priore dominus Arnoldus de Fine, curatus de Gerardimonte, oriundus de Ronse, sed non perseveravit in ordine.

f. 50. Anno 1485 prior noster et prior diesthensis et prior / et procurator bruxellensis fuerunt capti a flandrensibus ruteris et ducti Gandavum ubi fuerunt 7 hebdomadibus capti super domum scabinorum, quia perexerant Gandavum ad loquendum pro pace, sed absque salvo conductu (4).

Anno 1485 in nocte S. Ioannis Baptistae obiit frater Martinus de Pierpont monachus professus huius domus, qui ante ingressum ordinis fuerat de familia domini de Fienis, receptus ad ordinem a domino Henrico Loe, anno 1° vel 2° prioratus eius ; qui postea fuit missus ad Franciam, unde huc rediit (5). Postea iterum factus est prior Noviomi per aliquot annos et inde iterum

assassiné avec son frère Richard à la Tour de Londres sur l'ordre du duc de Glocester (Richard III).

(1) Louis XI (1464-1483), père de Charles VIII (1483-1498).

(2) Jacques de Savoie comte de Romont, époux de Marie de Luxembourg ; cfr p. 4 et 151, note (1). Ses biens, notamment la seigneurie d'Enghien, furent confisqués en châtiment de la part qu'il prit à la rébellion des Gantois et passèrent à sa belle-sœur Françoise de Ravestein.

(3) Traité de Cadzand, 1492.

(4) Pédé, p. 37-38, résume le fait d'après la chronique de la chartreuse de Scheut par Pierre de Wal ; nous reproduisons ce passage intéressant à l'appendice III, p. 205-207.

(5) « ...ex nobili familia de Fiennes,... ordinatus sacerdos Cameraci 1449, missus hospes ad domum Vallis S. Petri 1454. » Pédé, p. 33.

rediit huc. Et post hoc missus est ad domum Sanctae Annae anno 74 et inde iterum rediit huc invalidus et fere inutilis anno 81, et sic fuit hic usque ad obitum suum.

Anno eodem circa idem tempus, facta est pax inter ducem Austriae et Flandrenses, et multi Gandenses sunt proscripti, banniti vel exclusi a pace, quidam capti, alii decapitati.

Anno 1486, prior noster dominus Iaspardus perrexit ad Cartusiam ad Capitulum generale pro priore Antwerpiae qui mansit infirmus Bruxellae. Et tunc antequam pergeret recepit ad ordinem sive vestivit dominum Egidium Stercke de Lenniaco, qui venit huc de Lovanio ubi steterat circiter 16 annis. Et sic prior noster rediit a Capitulo generali convisitator huius provin-
f. 50v. ciae / quam visitavit cum priore Gandavi principali visitatore eodem anno (1).

Anno eodem 86 princeps noster et dux Maximilianus est coronatus Aquisgrani in regem Romanorum. Modico post tempore anno eodem quidam ex capitaneis eius obtinuit per assultum Morinum in Artesia prope S. Audomarum, quod statim postea Franci obsederunt manu armata. Unde compulsus princeps noster rex Romanorum praefatus exercitum valde fortem congregavit et tulit praesidium suis qui erant in munitione, sed nihil notabile amplius fecit ; per dissensionem suorum exercitus eius dissipatus est, sicque parvum honorem acquisivit ex illa expeditione. Tunc temporis imperator Fredericus fuit in his terris fere per duos vel tres menses, sed postea rediit versus Coloniam.

Anno 85 vestitus fuit in conversum frater Laurentius de Gandavo, pellifex, et anno sequenti fecit professionem (2).

Anno eodem fuit hic receptus in donatum frater Ioannes Thonis qui nunc usque hic est (3).

Anno 85 obiit circa festum S. Ioannis Baptistae frater Ioannes Denderman donatus huius domus, sed obiit prope Diest (4).

(1) Il remplace comme covisiteur Henri de Duveland, le visiteur principal restant Simon Van der Schueren.

(2) « Frater Laurentius Van den Wyngaerde, gandavensis,... Hic ante ingressum ordinis erat pellifex et satis libidini deditus et depravatus, nam duas proles habebat naturales, Anneken et Liseken vocatas, quas pater eius, dictus Theodorus Van den Wyngaert, ad se suscepit coram scabinis et magistratu gandensi, ne nos nec domus haec aliquot gravamen de his prolibus haberet. Littera scabinalis est in procuratura Dosa Flandrica VIII. M. » PÉDÉ, *Series conversorum* p. 8. — Cfr p. 140.

(3) Cfr p. 141. — Pédé n'en fait pas mention.

(4) Non mentionné par Pédé.